tia fallēs ſuum poſſeſſorem illud quærere dedignat̄ ab illo qui ſolus
donare poteſt a quo omne datum optimum & omne donum perfe/
ctum de ſurſum influit humiles & capaces: Initium igitur & finem
huius opis referre uolentes ad ſummum reꝝ principium carens prin
cipio pariter & fine cuius gratia preſto & fideliter inuocantibus ſe ut
inter huius mundi calamitates laqueos & turbines ſemitas iuſticiæ:
dirigant̄ pedes noſtri in uiam pacis & ſalutis humiliter inuocamus laudamus & benedica/
mus ſincero corde credentes: & ore fideli ꝓfitentes. Sanctam & indiuiduam trinitatem Pa/
trem uidelicet ingenitū: filium unigenitum: ſpiritum ſanctū paraclitum: unum Deum ueꝝ
æternum oīpotentem īmenſum infinitū inuiſibilem incircūſcriptibilem ineffabilem: ſui ꝓpri
dentia oīa creantem: ſine labore omnia regentem: in iuſticia rectiſſimū: in miſericordia cle/
mentiſſimū: regem regum: & dominatorem dominantiū: cuius regnum & impium manet
in æternū. ¶Credimus etiā firmiter ſecūdæ ꝓſonæ trinitatis: uidelicet unigeniti filii dei pris
dni noſtri ieſu chriſti ſalutiferā incarnatiōem in utero præclariſſimo uirginali de ſpiritu ſan/
cto: perfectamq; ipſius natiuitatem deſideratiſſimā: & paſſionem & mortē acerbiſſimam:
aſcenſionē ad dexterā dei pris: ipſiuſq; futuꝝ aduentū ad iudicandum uiuos & mortuos no
uiſſimam mortuorꝝ reſurrectōem & uitam æternā. ¶Credimus inſup unum baptiſma cæte
raq; oīa eccleſiaſtica ſacramenta eſſe diuinæ gratiæ uaſa prorſus efficientia. quod figurant:
Inter quæ cum ſumma reuerentia ſanctorꝝ cōmunionem recolimus: uidelicet ſanctiſſimam
eucariſtiam in qua nedum gratia ueꝝ etiā ipſe auctor gratiæ ſubſtantialiter cōtinet. Nec nō
uniuerſa i lege & euāgelio cōprehēſa: et q̄ ſācta rōana & uniuerſalis docet et ſeruat eccleſia.

¶De hæreticis & ſortilegis.



T quia huius ſacræ fidei noſtræ præuaricatores ueluti hæretici ſortilegi demonum
inuocatores & huiuſmodi ſuperſtitioſi de medio fidelium ne eos ſuis ſectis peſtife/
ris inficiant uia iuſticiæ & militari potentia ſunt extirpandi: Iudices eccleſiaſticos ordinari/
os delegatos & ſubdelegatos. ad præmiſſa nefaria crimina punienda prout ad eos ſpectat:
requirimus & rogamus quantum uero noſtra intereſſe poteſt: Iuſticiariis & officiariis no
ſtris præcipimus diſtricte & mandamus: quatenus omnes & ſingulos utriuſq; ſexus & cu/
iuſcūq; ſtatus qui de prædictis criminibus aut eorum altero intra totius patriæ noſtræ limi/
tes reperient̄ culpabiles una a cum ſuis in hac parte fautoribus receptoribus conſiliariis &
adiutoribus prout ad forum eccleſiaſticum & noſtrū de iure pertinere debet & debebit ui/
riliter proſequant̄: Eos capiendo: incarcerando: inquirendo & iuxta demerita dictamine iu
ris puniendo: precibus: precio: timore: amore: & odio totaliter prætermiſſis. ¶Mādamus
inſuper officiariis noſtris præfatis: per iudices ordinarios & inquiſitores hæreticæ prauita
tis circa executionem huiuſmodi ſui officii i auxilium uel conſilium requrendis: quatenus
ipſis requrentibus prompte & ſine difficultate preſtent̄ premiſſis auxilium: conſiliū: fauo
rem & ſecuritatem opportunam: Et ne defectu expenſarum dicti inquiſitores a ſancta ſe/
de apoſtolica deputati i ſui huiuſmodi inqſitionis executione officii ſe reddere ualeāt ſeu
prætendant negligentes uel remiſſos: uolumus & ordinamus q; de & ſup bonis hæreticorꝝ
damnatorum iuridice confiſcandis: expenſe ipſorum inquiſitorum in ꝓſecutione dicti offi
cii rite & moderate fiende ſupportentur: Et eiſdem inquiſitoribus per officiarios locorꝝ bo/
norum prædictorum confiſcatorum collectores libere expediantur: Ita tamen q; dicti inq/
ſitores nullam aliam ſuper ipſis bonis confiſcatis recipiant portionem ne ipſa receptio ſi fie
ret occaſionem alicui præbeat malignandi: Si qua inſuper perſona cuiuſcūq; ſtatus conti/
gerit recurrere ad huiuſmodi ſortilegos: diuinos: & maleficos: pro ſanitatibus recupandis:
rebus prædictis inueniēdis aut includendis actibus coniugalibus impediēdis uel expediē/
dis ſeu cauſis aliis qbuſcunq; quarum expeditiōes ꝓ uiam naturalem fieri nequeunt: Poſtq̄
officiariis locorum in qbus talia præſumēt de huiuſmodi recurſibus claro conſtabit omnes
et ſingulæ perſonæ inde culpabiles puniātur indiſtincte pari pœna prædictorum ſecundū
gradus perſonarum prout ſupra: Rurſus interdicimus uniuerſis & ſingulis ſubditis noſtris
ꝓ quæ locorꝝ ordinarios omnibus clericis ſuis interdici regrimus & rogamus ne quis ſeu qui
libros uel ſcripturas qualcūq; artium per ſanctam matrem eccleſiam & eius catholicos do/
ctores damnatos & reprobatos ſecum tenere uel habere legere dogmatizare: audire diſce/
re: aut eis uti publice uel priuate audeant uel præſumant. ¶Si qs autem cōtrariū attēpta/
re præſumpſerit contra eum tanq̄ ſuſpectum de fide per iudicem competentem procedat̄.

¶De maledicis & blaſtemis.

Via nedum per hæreticos & alios criminoſos ſupradictos diuinus honor offēditur
uerum etiam ꝓ maledicos & blaſtemos huiuſmodi & damnabili corruptela uel fu
toris impetu pollutis labiis deum negantes: malegratiantes: deſpuentes: necnon irreueren
ter iurantes per caput: capillos: ſanguinem: uulnera: uiſcera aut alia mēbra chriſti ſeu tur/
pia nefanda contra ſanctitatem ſeu uirginalem ītegritatem beatæ dei genitricis: aut alioꝝ

ſanctorum honorem alloquentes : ne contra nos ex talium impunitate blaſſemorum cla/
met exclamatio iſaiæ prædicantis: dominatores terræ impie agunt dicit dominus. Huic fa/
cinori deteſtabili quantum nobis eſt poſſibile pœnarum inflictione finem imponere uolen
tes. Statuimus ſalua iuſticia eccleſiaſtica: q̃ omnes perſonæ laycæ ĩ aliquam ex blaſſemiis
& maledicis ſupradictis uel ſibi ſimilibus prorumpentes. Si fuerint uiles & abiectæ pſonæ
ſicut hyſtriones: ribaldi: ebrioſi: lenones. luſores. & meretrices. & ſimiles. per caſtellanos
ſeu officiariorum locorum ubi tales ſic deliquerint ut præſertur. ſtatim capiat. Et deinde in lo/
co publico coram populo columna pilarii amplexata cum grulionibus uel cordula pollices
eorum conſtringant. Sic q̃ abinde diſſolui non ualeant nec debeant per tres horas continu
as niſi redimendo dictam pœnam ſtatim ſoluere uelint & de facto ſoluant pœnã pecunia/
riam trium groſſorum infraſcriptam pro primo delicto. Et ſi tales perſonæ in crimine hu/
iuſmodi relabentur ultra pœnam prædictam corporalem per unum diem a ſolis ortu uſq;
ad occaſum ſine relaxatione ſubſtineant. niſi euidens infirmitas caſum neceſſitatis relaxa/
tionis occaſionem præberet. Si uero iterum relapſæ fuerint: tunc ponatur in pillario die fo/
ri publici per tres horas. Et ſi fuerit in æſtate nudentur ab umblico ſuperius manibus liga/
tis: muſcarum aculeis exponendo. In quocunq; autem tempore fuerit ſiue in hyeme ſiue in
æſtate: poſt exitum de pilario ab uno angulo ciuitatis uillæ ſeu loci illius ubi contigerit hoc
cõmitti. In alium angulum per carreriam publicam: ipſi delinquentes cum ſonitu tubæ de/
ducantur: uirgis uel funiculis: flagellando. Deinde a loco & toto territorio ipſius delicti per
triennium ex inde continuo futurum banniendo. Et ut præmiſſa ubicunq; executiõi prom
pte deduci ualeant: ſtatuimus & ordinamus in omnibus & ſingulis ciuitatibus: uillis & lo
cis oportunis patriæ noſtræ ſtatim conſtrui & plantari pilaria in plateis manifeſtis. Quod
ſi forſan in præmiſſis criminibus aut eorum altero delinquentes fuerint nobiles iſignes aut
alii notabiles: citra tamen barones banneretos & alios inferiores: ſiue ciues: burgenſes: mer
catores: mechanici uel ruſtici: ſeu agricolæ opulenti fuerint q̃ primum deliquerint pœnam
irremiſſibilem trium groſſorum ipſa die delicti ſoluendam incurrant. Et ſi eadem die deli/
cti pœnam incurſam huiuſmodi ſoluere recuſant: in craſtinum puniantur in duplum. Et
poſt craſtinum in triplum. Et ſic deinceps de die ĩ diem. Quod ſi dictæ pſonæ poſtmodum
deprehendentur in relapſu tunc puniantur in duplum: & pro alio relapſu in triplum. Et ſic
deinceps pœna per ordinem prædictum augeatur ipſo iure. Si uero delinquẽtes fuerint ba
rones banneretí: milites: aut conſiliarii noſtri cuiuſcunq; ſtatus per omnia puniantur in du
plum proxime prædictorum. Ordinantes & uolentes q̃ omnes præmiſſæ pœnæ pecuniales
quia ex offenſa dei procedunt. & per conſequens ad eius honorem & opera pietatis ſunt cõ
uertendæ: per ærarium noſtrum non exigantur: ſed p caſtellanum ſeu officiarium loci de/
licti qui ſibi nihil inde retinere præſumant: niſi quartam partem quam ſibi relinquimus pro
mercede laboris executionis per eum fiendæ. Tres uero partes pecuniarum prædictarũ bur/
ſario ſi quis ſit in loco illo deputatus da eleemoſynas pro ſuffragiis animarum & executio/
nis operum pietatis colligendas ſtatim expedire teneatur per regiſtrum. Ita q̃ idem burſa/
rius ſemel in anno de omnibus huiuſmodi receptis pecuniis ĩ manibus dicti officiarii & ſin
dicorum loci computum reddere teneatur. Vbi uero non erit talis burſarius dictæ pecuniæ
per ipſum officiarium eas exigentem ſtatim pauperibus hoſpitalis loci uel aliis ſi non ſit ti/
bi hoſpitale cum conſilio & in præſentia ſindicorum ſeu ſaltem duorum ex ipſis. Et ubi non
erunt ſindici in præſentia duorum aliorum uirorum proborum loci diſtribuãtur. Et diſtri/

poena blasphemor

buta omnia præmiſſa per ipſum officiarium regiſtrentur. Sic q̃ idem officiarius de omni/
bus pecuniis receptis expeditis diſtributis ſemel in anno ĩ præſentia & manibus curati par
rochialis eccleſiæ & ſindicorum & ſi non ſint ſindici duorum aut trium proborum uirorum
ipſius loci particulariter computum reddere poſſit: & etiam teneatur.

¶ Præfatio & reuocatio priuilegiorum iudæorum. Rx ca 4

NOn incongrue iunguntur iudæi cum blaſſemis. Nam a ſanctis canonibus blaſſemi
chriſti nuncupantur: ſua & enim perfidia turpiter excæcati: uerum eorũ meſſiam &
ſaluatorem uerbis & factis abnegare non uerentur licet pietas ipſius quem tranſfixerunt a
ſuis beneficiis eorum ingratitudinem non excludat: qui inter oues ſuas licet ex hoc ouili nõ
ſint eos dignatur confouere & uiuere in ſuæ ſalutiferæ teſtimonium paſſionis. ¶ Nolentes
igitur q̃ ipſorum iudæorum in diuerſis patriæ noſtræ locis propter eorum ſecuritatem domi
cilia fouentium conuerſatio cedere ualeat in chriſti contumeliam: ſeu fidei noſtræ fideliũq;
iacturas ſacrorum canonum & legum imitatores ſtatuta edidimus infraſcripta ſub quibus
ipſos iudæos ubicunq; locorum noſtrorum mediatorum & immediatorũ habitantes & ha/
bitaturos præcipimus diſcrete conuerſari: & eadem ſtatuta irrefragabiliter obſeruari om/
nibus & ſingulis priuilegiis ĩdultis ſeu litteris p nos prædeceſſores noſtros ipſis iudæis uni/
uerſabiliter uel particulariter ſub quacunq; uerborũ expreſſione ſeu forma quas & quæ hic
habere uolumus ſufficienter pro expreſſis in contrarium ſtatutorum noſtrorũ præſentium
conceſſis a quorum ſeu quarum obſeruatione de iure non aſtringunt: non obſtantibus qui
buſcunq; quæ etiam in omnibus & ſingulis ſuis punctis & clauſulis huiuſmodi ſtatutis no
ſtris contrariis ex noſtra certa ſcientia & ob dei reuerentiam expreſſe hoc edicto perpetuo
reuocamus.

¶ Iudæi non debent trahi ad fidem noſtram inuiti. 5

QVia non eſt diſciplinæ chriſtianæ q̃ quis conuertatur inuitus. Inhibemus uniuerſis
& ſingulis ſubditis noſtris: ne quenquam iudæum utriuſq; ſexus inuitum uel nolen
tem ad ſuſceptionem baptiſmi uenire compellat. Sed ſi quis ſalubriter ipſos iudæos ad fidẽ
uoluerit attrahere: non uiolentius: ſed blanditiis & piis exortationibus hoc faciat.

¶ Iudæi non debent interfici uerberari aut alias offendi
per quẽcunq; niſi iuſticia mediante. 6

NVllus chriſtianus ex ſubditis noſtris quenquam ex iudæis ſine iudicio terrenæ pote
ſtatis præſumat occidere: uerberare: uulnerare: aut ſibi pecunias: aut alia bona tol/
lere eorumq; ritus legales: præſertim in feſtiuitatum ſuarum celebratione: fuſtibus uel la/
pidibus aut alias perturbare: neq; ab eis coacta ſeruitia: præter ea que tempore præterito
facere conſueuerunt exigere: nec eorum cimiteria mutillare aut inuadere ſiue ex eis corpo/
ra defunctorum effodere. Sub pœna indignationis noſtræ & aliis pœnis legitimis.

¶ Iudæis non licet nouas conſtruere ſynagogas in eis
exequendo eorum officia uoces exaltare. 7

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHYY ім. І. МЕЧНИКОВА

PErmittimus iudæis ſuas ueteres ſynagogas ruinoſas rehedificare ſine ampliatione ſeu precioſitate: Nouas uero erigere ſeu conſtruere omnino prohibemus. Et forſan p aliquos iudæorum incontrarium quicquam attemptari contingeret. per caſtellanos ſeu officiarios locorum omnia huiuſmodi ædificia atemptata ſtatim demoliri uolumus & iubemus: Inhibentes eiſdem iudæis ne in ſuis ſynagogis: ſuarum orationum ritū exequendo: ſic exaltēt uoces ſuas q̃ poſſint audiri in loco diſtanti: Sed uocibus ſeu cantibus ſubmiſſis officia ſua ſynagogica exequantur.

¶Iudæi debent a uicinis & cohabitatione fidelium ſeparari & in unum locum clauſum recludi. 8

NE mentes fidelium: ex uicinitate iudæorum corrumpantur. Ipſiq; iudæi chriſtianis quantum uellent nocere non ualeant ad euitandas quaſcunq; damnatas commixtiones uirorum & mulierum chriſtianorum & iudæorum. Statuimus q̃ ubiq; locorū patriæ noſtræ in quibus iudæos habitationem habere contigerit: per caſtellanos ſeu officiarios ſeu ſindicos locorum: ipſi iudæi uiri & mulieres cum tota prole a carreriis publicis: a uicinia chriſtianorum in unum locum ſecurum clauſum qui iudæaſymus nuncupetur ſegregentur. Vnde a ſolis occaſu uſq; ad ortum exire non præſument: niſi ex cauſa incendii intra iudæaſymum uel prope exorti: uiolentiæ eis illatæ infirmitatis repentinæ uel purgatiōis legalis iudæorum. Nec in ipſius temporis interualis aliquem chriſtianum uirum uel mulierem ſolos intra dictum iudæaſymum receptare. Sed teneantur in eodem interuallo portas dicti iudæaſymi clauſas tenere: ſub pœna carceris per tres dies in uictu panis & aquæ per quoſlibet iudæos contrafacientes ſine remiſſione quacunq; ſubitienda ipſo facto.

¶Iudæi debent portare ſigna. 9

VT infideles a fidelibus diſcernantur ſtatuimus q̃ omnes & ſinguli iudæi uiri & mulieres parui & magni ſup habitus eoꝝ loco eminenti ante & retro ſpatulam ſiniſtram portent ſignum panni rubei & albi diſpartitum rotundum de latitudine quattuor digitoꝝ ſuis ueſtimentis conſutum. Sine quibus qdem ſignis ſi quiſq; iudæorum utriuſq; ſexus intra uel extra ciuitates: uillas & loca patriæ noſtræ incedere præſumpſerit: p caſtelllanos ſeu officiarios locorum noſtroꝝ capiatur: & pœna in capitulo proximo præcedenti contenta irremiſſibiliter puniatur ipſo facto.

¶Iudæi in diebus paſſionis chriſti debent eſſe recluſi. 10

IN diebus paſſionis chriſti. Et lamentatiōis uidelicet ab hora nonæ quartæ feriæ: uſq; ad horam diei ſabbati ſanctæ ebdomade: omnes & ſinguli iudæi portas & feneſtras domorum ſuarum clauſas teneant nec in publicum exire præſumant ſub pœna carceris per triduum continuum in uictu panis & aquæ per quēcunq; iudæum cōtrafacientem ſine gratia quacunq; ſubſtinenda.

¶Pœna iudæorum blaſſemantium deum uel ſanctos. 11

SI quis iudæus uel iudæa in aliquam ſaluatoris noſtri: ſeu ſanctiſſimæ eius genitricis. aut alicuius ſanctorum blaſſemiam ſeu maledictum proruperit: ſtatim cōſtante de delicto per caſtellanum: ſeu officiarium loci delicti huiuſmodi blaſſemii capi: & in columna pilarii cum grulionibus uel cordulla apponi per tres horas. ¶Deinde per carreriam magis publicam illius loci ab uno angulo in alium tuba præcedente cum funibus nodoſis per humeros nudatos uſq; ad corrigiam uerberando deduci uolumus. Et ſi qui eorūdem iudæorum in hoc crimine inueniantur relapſi ſine miſericordia ponantur in pilario una die fori publici: & per tres horas linguæ eorum cum acu longo uiſibiliter proforentur.

¶VSus librorum damnatorum iudæis prohibetur. 12

LIbros tollete & alterius cuiuſcunq; doctrinæ iudaicæ concluſiones: ꝓpoſitiōes: aſſertiones: ſententias hæreticales: erroneas blaſſemas: ſcandaloſas & prauarum artium oſtenſiuas: per iudæos in camberiaco dudum coram nobis in præſentia iquiſitoris hæreticæ prauitatis iudicialiter ſup rotulo: & lege moyſaica ſolemniter abiuratas & irritatas: aut ipſarum alteram omnibus & ſingulis iudæis noſtræ dictionis habere aut illis uti ſub pœna hæreſis prohibemus: Aliaſq; propoſitiones & concluſiones prædictis ſimiles ſeu eaſdem abiuratas in aliis q̃ in locis in inſtrumento abiurationis contentis: ſi quæ per dyoceſanum inquiſitorem aut ab eis deputatos in poſterum in libris eiſdem comperte fuerint: & dictis iudæis prius intimate illas abradi: aboleri & in totum deleri per eoſdem iudæos de dictis libris ifra unius menſis ſpaciū poſt p̃ceptum ſuper hoc eis fiendum ſub ſimili pœna iubemus: Libris uero eiſdem omnibus ſic correctis nec non legalibus & aliis nō prohibitis uel damnatis ipſos libere uti pmittimus & per officiarios noſtros ſine quacūq; moleſtia pmittimus & mandamus. Si uero contingat ipſos iudæos uel eorū aliquem libros icorrectos emere: illos ante omnem uſum ſtatim inquiſitori & ordinario: uel eoꝝ deputatis: ac caſtellano noſtro loci teneant exhibere ad diem huiuſmodi exhibitionis in unum menſem ex tunc continue numerandum omnes & ſingulos errores predictos ſi qui in ipſis emptis contineri reperiant ab ipſis libris omnino dellere radere & abſtergere ſub eadem pœna prohibemus. Inhibentes prædictis caſtellanis & officiariis noſtris ne pro libroꝝ dictorum uiſitatione uel exhibitiōe aut alias occaſione præmiſſorum quicq̃ ab ipſis iudæis uel eoꝝ altero præſumant exigere uel extorquere. ¶Saluis tamen & remanentibus ordinationibus apoſtolicis ſi q̃ forte ampliores ſuper his facte comperiant ad quas plenarie obſeruandū conſtito prius legitime de eiſdem dictos iudæos infra quattuor menſium ſpacium a die intimationis ipſius inquiſitoris uel ordinaria auctoritate fienda: ſub pœna ſimili teneri: hoc edicto noſtro decernimus & declaramus. Præmiſſis autem dillationibus pendentibus ipſos iudæos quouiſmodo moleſtari præmiſſoꝝ occaſione per officiarios noſtros prohibemus.

¶Nullus chriſtianus iudæis incohabitando ſeruire p̃ſumat: nec in diebus dominicis nec & feſtiuis cum eis colloquia uel tractatus habere. 13

QVia mores formantur ex conuictu & a malorum conſortiis boni frequenter corrumpuntur indecens quoq; eſt ut filii libere filiis famulentur ancillæ. Hoc edicto prohibemus uniuerſis & ſingulis chriſtianis utriuſq; ſexus ſubdictis nris nec deinceps cū iudæis

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

aut eorum aliquo causa famulandi: liberos eorum nec nutriendi: uel quacunq; alia cohabitatione ꝑsumant: nec in diebus dominicis aut aliis anni festiuitatibus solēnitatibus quæ colluntur sicut dies dominica: & i quibus per statuta nostra fori & nundinæ exerceri prohibentur cum ipsis iudæis uel aliquo eorum quicq̄ contrahere seu aliquem contractum uel colloquium habere de uendendo uel emendo aut alias negociando: neq; pro ipsis iudæis quicq̄ facere: Sub pœna carceris trium dierum in uictu tam panis q̄ aquæ per quēlibet tam christianum q̄ iudæum utriusq; sexus contrafacientem toties quoties eius edicti nostri transgressor reperietur irremissibiliter subeunda: Et per castellanum seu officiarium loci trāsgressionis constito prius clare de delicto protinus exequenda: per hoc non intendentes prohibere: nec prohibemus christiano quin aliis diebus non feriatis ad honorem dei uel sanctorum ut ꝑfertur licite ualeant pro ꝑdictis iudæis operari: laborare: conducere: aut alias debite negociari. Circa autem cohabitationem ipsorum iudæorum & conuersationem in cibo & potu: quocunq; per ipsos iudæos iuxta mercede debita ad sua opera seu negocia exercenda uocabuntur seu requirentur: ita tamen q; nullo modo intra uel extra domos ipsorum iudæorum liberos eorum nutrire præsumant sub pœna prædicta.

¶Iudæis non liceat emere uel palpare uasa sacra nec alia emere sine præsentia testium uel sine publico instrumento. 14

MVltis referentibus didicimus q; iudæi in suis mercātiis actiue & passiue multifarias fraudes solent cōmittere: res furtiuas emere: Et quod deo contumeliosum est calices & patenas: cætera q; uasa & ornamenta deo consacrata & benedicta sibi per fures aut alios uendentes exibitos manibus eorum prophanis & pollutis palpare & frangere. Præsumptionibus huiusmodi obuiare uolentes omnibus & singulis christianis uasa: iocalia: seu uestimenta sacra: Etiam in casu licitæ alienatōis iudæis uendere uel alias tradere: sub pœna blasfemorū supradicta specialiter inhibemus: Iudæis uero sub pœna furti: uel aliqua sacra uel non sacra uasa: uel iocalia auri argenti gemmarum uestimentorum uel aliarum specierum quarūcunq; ipsis uel eorum alteri tradenda uenalia per personas suspectas ut puta p occultos & clandestinationis uenditores: Seu qui res ipsas minori præcio quo res ipsæ cōmuniter possent uendi: & ex quo similiter fraus possit ipsis iudæis uendendas exibebunt: emere præsumant: nisi in præsentia fidedignorum testium saltem trium: aut per publicum instrumētum manu notarii bonæ famæ receptum. Qui quidem notarius & testes sint noti i loco huiusmodi emptionis castellanis seu officiariis locorum in quibus talia siue per christianum siue per iudæum committi contigerit: generali hoc edicto: mandantes quatenus christianos & iudæos huius edicti transgressores constito de delicto personaliter capiant: Et secundum personarum & delictorum qualitatem puniant iustitia mediante.

¶Iudæis prohibetur omnino exercitium usurarum. 15

ET si præmissis modis iudæi christianis nocere attemptent. quanto magis usurarū uoragine: qui nedum de suis propriis pecuniis fœnerantur: sed se damnabiliter exibent aliorum occultorum usurariorum in hac arte factores. Sicut igitur usuras edicto generali inter cunctos subditos nostros prohibemus: Ita ipsis omnibus & singulis utriusq; sexus iudæis omnem speciem usuræ publicæ uel occultæ sub quacunq; contractuum forma ficticia: simulata: seu uallata: & alias quomodolibet dicere: uel indirecte in tota patria nostra exercere prohibemus: Sub pœna relegationis perpetuæ restitutiōe usurarum extortarum: prius damna passis fienda præcedente.

¶Conuersi de iudaismo ad fidem non debent cum iudæis conuersari. 16

IN fidei nostræ fauorem & diuinæ maiestatis honorem: ne bonis a malis contaminentur: Statuimus ne quis neophitus aut conuersus a iudaismo ad fidem deinceps cum iudæis communionem seorsum & secretæ habere præsumat: nisi præsente aliquo christiano fideli & honesto: qui omnia & singula de quibus loquentur debeat intelligere ne illorum participatio ad pristinam perfidiam peruertatur: Sub pœna blasfemorum iudæorū superius annotata.

¶Conuersi a iudaismo ad fidem non debent bonis suis priuari. 17

AD eosdem fauorem & honorem districte: prohibemus omnibus & singulis castellanis & officiariis patriæ nostræ penes quos aliquem uel aliquos iudæos ad fidem nostram sacram conuerti contigerit ne huiusmodi conuersos a suis rebus & possessionibus ac hæreditatum portionibus excludi uel alias indebite perturbari permittant per quemq̄: sed potius eos in illis tueantur & defendant cum melioris conditionis ad fidem conuersos esse oporteat: q̄ ante conuersionem existerent: Salua tamen restitutione usurarum fienda & super bonis huiusmodi conuersorum damna passis si quæ ipsis conuersi ante conuersionem exercuisse probentur.

¶Iudæi subiciuntur criminaliter & ciuiliter iurisdictioni iudicum ordinariorum locorum domicilii delicti uel contractus. 18

VT autem dicti iudæi patriam nostram habitantes ac habitaturi uiuant sicut & cæteri subditi nostri sub iustitiæ disciplina & statutorum nostrorum obseruantia statuimus q; deinceps prædicti iudæi ciuiliter & criminaliter subiciantur foro districtui & iurisdictioni iudicum ordinariorum temporalium locorum patriæ nostræ in quibus fouent & fouebunt sua domicilia: aut contrahent seu delinquent uel quasi iuxta iuris communis dispositionem & nostrorum statutorum decreta.

¶Nulli christiano licebit cum iudæo contra hec statuta quicq̄ impetrare: & si quid impetratum fuerit nullum erit. 19

NVllus christianus uel iudæus deinceps præsumat ad nos accedere supplicaturus aut alias intercessurus ad impetrandum a nobis quicq̄ prædictis statutis nostris contrarium: Xpianus sub indignationis nr̄æ: Iudæus uero sub relegationis ꝑpetuæ a tota pr̄ia nostra pœna irremissibili: Et si forsan propter importunam instantiam uel alias inaduertenter quicq̄ in contrarium dictorum statutorum contingat generaliter uel specialiter a nobis

HAYIOBOMEIOTEKA OHY imeHi I. MEHIKOBA

impetrari in ſcriptis uel ſine ſcriptis ipſo iure ſit nullum: caſſum: & irritum: pro nullo caſſo: & irrito & non conceſſo uolumus & mandamus non obſeruari.

¶De obſeruantia diuinorum præceptorum & ſpecialiter & cultu dei dominicæ & feſtorum. 20

AD obedientiam & obſeruantiam omnium diuinorum præceptorum deſiderabiliter ſuper aurum & argentum precunctis affectibus deſideramus nos & noſtrates fore ſolicitos & attentos: ut in cuſtodiendis illis retributio & pax multa ſubſequatur: Et quia ſrequentius in fractione cultus diei dominicæ & feſtorum ſolemnium diuina maieſtas offendi tur: ſtatuimus & diſtricte mandamus cultum ipſum dierum dominicarum & feſtiuitatum ſolemnium utputa natiuitatis circunciſionis: epiphaniæ: annunciationis: aſſumptionis: & eucariſtiæ xpi: necnon aſcenſionis eiuſdem: Natiuitatis Purificationis: & conceptionis beatæ mariæ uirginis: Natiuitatis beati Ioānis baptiſtæ: nataliciorum quoq; duodecim apoſtolorum: Beatæ mariæ magdalenæ: ſanctorꝫ ſtephani innocentium: Laurentii martiris: Martini confeſſoris: Feſtiuitatum ſancti michaelis & omnium ſanctorum: Inuentōis & exaltationis ſanctæ crucis: Patroni: etiam & dedicationis cuiuſlibet eccleſie in loco ſuo duorumq; dierum ſolemnitatis paſce & pentecoſtes imediate ſequentium: Et aliorum dierum ſolemnitū per ſanctam matrem eccleſiam dedicatorum ab omnibus ſubditis noſtris mediatis & immediatis ac etiam aduenis intra patriam noſtram habitantibus uel accedentibus inuiolabiliter obſeruari. Ita q̄ in ipſis diebus dominicis & feſtiuis nullæ perſonæ cuiuſcunq; ſtatus. liceat aliquod opus ſeruile exercere nundinas uel foros celebrare nec aliquas res ſeu merchātias cuiuſcūq; ſpeciei etiā uictualia: Pane uino & carnibus coctis fructibus & herbis dūtaxat exceptis uendere uel emere niſi infirmis perſonis extraneis: ſuperuenientibus ipſis diebus dominicis uel feſtiuis uictualia: uel medicinas tantūmodo excepto quo ad carnes recentes uendēdas tempore eſtiuo: Videlicet a paſcha uſq; ad feſtum ſancti michaelis: Si forſan aliquod ex dictis feſtis in die ſabbati uel lunæ contingat euenire: tunc liceat macellatoribus altero dictorum dierū ſabbati uel lune animalia excoriare & uendere. Ne carnes corrupte propter tales & plurium dierū feſtiuorum continuorum occurrentium uenales exponātur. Notariis etiam non liceat inſtrumenta ſiue litteras contractuū aut aliorum negociorū recipere: exceptis inſtrumentis teſtamentorum codicillorum compromiſſorū. pacis treugarum tranſactionum & concordiarū matrimoniorum & ſimilium contractuū piorum barbitonſoribus barbas radere dictis diebus nō liceat: uel ſanguinem: niſi in neceſſitatis articulo minuere. Nulliq; perſonæ quibuſcunq; ludis etiam permiſſis ſpectaculis uel corheis ante celebrationem maioris miſſæ: uel dum ſermo diuinus fiet in loco: aut officiū ueſpertinum celebrabitur liceat uacare uel intereſſe: Sub pœna incarcerationis per unū diem naturalem in uictu panis & aquæ: aut trium groſſorū monetæ noſtræ ſtatim ſoluendorū in manu caſtellani ſeu officiarii loci. Et ad uſus pauperum & per modos in capitulo de maledicis & blaſſemis declaratos diſtribuendorū per quācunq; perſonam contra præmiſſa uel aliquod premiſſorum facere preſumentem irremiſſibiliter ſubiicienda.

¶Ne in eccleſiis cimiteriis & locis ſacris exerceantur mundana. 21

NE decor domus dei ab actibus mundanis prophanetur: hoc edicto perpetuo prohibemus: ne in eccleſiis cimiteriis: aut aliis locis ſacris teneantur uel obſeruētur: curiæ ſeu plateæ nec teſtes examinentur mercanciæ uel quæcunq; res ad uendendum ibidem non reponantur uendantur uel emantur: ſub pœna in proximo precedēti capitulo per quemcunq; perſonam contra facientem ſupportanda.

¶Ne liceat cuiquam in lapidibus uel boſcho crucem ſculpere. 22

CVm magnus honor & reuerentia ſigno ſanctæ crucis debeatur ad laudem illius qui pro ſalute noſtra pependit in ea: ne honor huiuſmodi in contumeliam conuertatur. Inhibemus ſub pœna carceris trium dierum continuorum in uictu panis & aquæ omnibus & ſingulis lapidum: uel lignorum inciſoribus: Pictoribus & aliis quibuſcunq; perſonis: Ne deinceps ſignum uenerabile ſanctæ crucis in lapidibus marmoreis: uel aliis ſeu fuſtibus inſculpere uel depingere preſumant ſuper tumulos aut ſepulcra uel alibi ubi poſſit ipſius ſanctæ crucis effigies pedibus cōculcari. Mandantes inſuper uniuerſis & ſingulis pſonis quaꝫ ſunt lapides uel fuſtes: in quibus ſignum ſanctæ crucis modo predicto eſt iſculptum uel depictum: Quatenus infra duos menſes poſt publicatiōem huius edicti huiuſmodi ſignū ſanctæ crucis penitus deleri faciant: Sic q̄ eius impreſſio ibidē non poſſit apparere: Sub pœna prædicta.

¶Ne in baptiſmate & deſponſationibus aliquæ truffæ fiant. 23

AD compeſcendos nonnullorum mores qui dum exorcizantur infantes in baptiſmate in ualuis eccleſiarum dum etiam fiunt deſponſationes coniugum: beneditioneſq; eis dantur: uerbis indecentibus necnon percuſſionibus & tumultis ſacramentorum prædictorum celebrationē turbare præſumunt: Has & ſimiles turbatiōes uerbo uel facto in prædictorum uel aliorum celebratione diuinorum officiorum per quemcunq; ſubditorum noſtrorum cuiuſcunq; ſtatus fuerit deinceps fieri prohibemus cuilibet nobili: ciui: burgēſi: uel alias potenti: ſub pœna uigintiquinq; ſolidorum: Cuilibet uero cæterorū inferioꝫ ſub pœna quinq; ſolidorum fortium ipſo facto per quemcunq; huius editi noſtri tranſgreſſorem committenda & ad uſus pios iuxta modum & formam in capitulo de blaſſemis declaratos exigenda & declaranda.

¶Ne fiant laruaria in deſponſationibus uel aliter. 24

LAruarum & monſtruoſarum ludibria tranſformationum quas nonnulli incontemptum & offenſam coniugalis ſacramenti & coniugum faciendo uel deinceps legitime nubentium exercere non uerentur uulgariter chauramari nuncupata necnon deteſtabiles quorundā qui in certis annis feſtiuitatibus ſanctorum: & maxime ſanctorum nicolai & katarīe uel circa in ſpeciē diabolorꝫ per habitus diformes ſe ipſos trāſfigurant arma interius & exterius portantes p foros: per nundinas uicos & plateas ciuitatum uillarum & locorꝫ patriæ noſtræ: cum ruina diſcurrentes & deambulātes: agricolas et cæteras pſonas ſimplices & quietas uioléter pignorātes: arripiētes interdū pcuciētes: & ad ſe redimendū ſeu dandū eis

HAYKOBA ОНУ ЛИЦЕЙ ІМЕНІ ЯКОВА

pecunias cogentes: plureſq; alias iniurias irrogantes tanq̃ dei & hominum offenſiuos penitus condemnamus: Et ea per quoſcunq; ſubditos noſtros de cætero imperpetuum fieri prohibemus: ſub pœna uigintiquinq; ſolidorum fortium per quemlibet huius noſtræ prohibitionis tranſgreſſionem committenda: & ſtatim per officiarium loci in quo continget huiuſmodi tranſgreſſionem fieri ipſo facto a quolibet tranſgreſſore exigenda & in uſus pios: & ad modum in capitulo de maledicis & blaſſemis ſupraſcripto declaratos penitus conuertenda: Et ut tales monſtruoſi cognoſci & ab eis pœna prædicta exigi ualeat ipſos omnes in huiuſmodi diſformitatis habitibus repertis cuiuſcunq; ſtatus fuerint uolumus & præcipimus p caſtellanum ſeu officiarium loci ſtatim capi: & eorum uultu uelatos diſcoperiri: Et ſi qui reſiſtere præſumpſerint in carcerem firmum retrudi per tres dies: ultra pœnam pecuniariam ſupradictam: Si uero aliqui eccleſiaſtici ſiue clerici ſoluti inter tales ludibrietates reperti fuerint: ad ſuum ordinatorem ſtatim remittantur iuxta demerita puniendi: Per hoc tamen nõ intendimus prohibere iocos honeſtos: & ſanctarum hyſtoriarum repreſentationes aut alios morales ac iocondos: dummodo fiãt cum debito honeſtatis moderamine: & ſine quacunq; iniuria diuina uel humana.

¶De modo tenendi capellas mundas. Et q̃ penſiones ſoluantur.

Via ad noſtram multis referentibus deductum eſt notitiam: q̃ nõnulli capellarum noſtrarum in caſtris & aliis locis noſtris per nos ſeu prædeceſſores noſtros fundatarum rectores: quarum huiuſmodi fundationum et dotationum pretextu iuſpatronatus ad nos & noſtros pertinere dignoſcitur in celebratione miſſarum ibidem celebrari ordinatarum deficiunt iterdum ſe ſuper hoc excuſantes. Quod caſtellani noſtri ipſis rectoribus penſiones annuas dotales uice noſtra non perſoluunt licet ſæpius requiſiti. Omnibus & ſingulis caſtellanis noſtris penes quorum officia in caſtris uel extra predictæ capellæ ſunt fundatæ ſub pœna dupli fiſco noſtræ applicãda diſtricte mandamus quatenus caſtellani de penſionibus annualibus dotalibus ſibi debitis omni exceptiõe & contradictione ceſſante ſingulis annis terminis conſuetis intrãdæ ſatiſfaciant ſine fraude. Sic q̃ ipſi capellani nullam cauſam deficiendi in ipſarum miſſarum celebratione ualeant pretendere. Et ſi forſam dicti caſtellani in ſolutione dictarum penſionum deficiant terminis conſuetis predictos capellanos ad nos recurrere uolumus contra dictos caſtellanos. Si uero dicti capellani in celebratione dictarum miſſarum deficiãt defectum huiuſmodi infra quindecim dies ex tunc proxime ſequentes dicti caſtellani nobis ſignificẽt per litteras uel ueniant perſonaliter relaturi. ut ipſos capellanos ſic deficientes ipſis capellis noſtris iuſticia mediãte priuari faciamus. & alios ydoneos preſbyteros ſubrogari. Mandantes inſuper ipſis caſtellanis ſub pœna decem librarum per quemlibet eorum contra facientem committenda & fiſco noſtro applicanda. quatenus ipſas capellas noſtras intra caſtra noſtra fundatas mundas teneant nihilq; prophanum uel mundanum intra eas reponere preſumant.

¶Explicit liber primus.

INCIPIT LIBER SECVNDVS: DECRETORVM DOMINICALIVM.

¶Doctrina domini ad liberos & ſucceſſores.

Paternæ dilectiõis & diſciplinæ erga chariſſimos liberos hæredes & ſucceſſores noſtros illuſtres exoluere uolentes debitum ut tenemur eiſdẽ & eorum ſingulis conſulimus & totis præcordiis imperamus Quatenus inclitæ memoriæ patrum noſtrorum imitatores: catholicæ fidei integritatem: diuinumq; cultum in ſe & ſuos precipue & firmiter obſeruare & fouere ſtudeant ſub diuinorum obedientia præceptorum: humiliter & deuote uiuant: a ſuperbia: auaritia: luxuria: gula: & cæteris uitiis immaculatos ſe teneant: uirtutum theologicarum & moralium exertitiis inuigilent. In iuſticia recti ſint: & conſtantes a ſeueritate temperati: a uindictæ motibus refrenati: In miſericordia clemẽtes: In exactionibus modeſti. ſubditorum amatores bonorum fautores. malorum correctores: pacis zelatores: bellorum iniuſtorum exoſi. Sapientium & proborum cõſiliariorum ac officiariorum electores adulterorum & cupidorum contemptores: & continuæ ſecuritatis obſeruatores ut ſabaudia ethymologiam ſui nominis que eſt ſaluauia inter ſubditos & exteros operis plenitudine retineat: Et præmiſſorum executione ſolicita placatus rex cæleſtis qui non deſerit niſi deſeratur ipſorum liberorum ac ſucceſſorum ſubditorumq; noſtrorum ſtatum pacificum & proſperum cõſeruet & amplificet in longæuum.

¶De conſilio domini ſecum reſidente de qualitate perſonæ & iuramento canzellarii.

Ad officii canzelariæ noſtri nobiſcum reſidentis conſilii curam portigentem ordinari & aſſumi decernimus & ſancimus uirum ſcientia legum conſiliiſq; pollentem moribus: prudentia: cõſtantiaq; probatum ex deliberatiõe procerum & alioꝝ de noſtro cõſilio: Cũ aute ipſe canzelarius noſter ad huiuſcemodi officii adminiſtrationẽ aſſumet iuſiurãdũ q̃ p̃ſtare decernit̃ in iure ab his q adminiſtrationẽ accipiũt p̃ſtabit: Et eũ iubemus ut ſequtur.

¶Forma iuramenti.

Iuro ego per deum omnipotentem ad euangelia dei ſancta hic præſentia puram conſcientiam germanumq; ſeruitium me ſeruaturum illuſtriſſimo principi noſtro Amædeo duci ſabaudiæ domino meo occaſione mihi traditæ ab eo adminiſtratiõis & officii canzelariæ & omnẽ laborem ſeu ſudorẽ cum fauore: ſine dolo & quacunq; mala arte ſuſcipio: In commiſſa mihi ab eo adminiſtratiõe de eius dominio atq; repu. Nec ſuadebo ipſi domino meo duci in fauorem uel odium alterius: ſeu alias aliquid contra ueritatem & iuſticiam quod cedat uel cedere poſſit in ipſius domini mei ducis animæ & honoris diſpendium uel alterius detrimentum cum ſentiam tacite uel expreſſe p alium ſuaderi: ſed ,put fuerit poſſibile obuiabo.

Iuro quoq; quod penitus nulli dedi neq; dabo per me uel per alium occaſione dicti mei officii canzelariæ: uel promiſi dare alicui conſiliariorum uel officiariorum dicti domini mei: uel eorum qui circa eos ſunt aliquid ut mihi procurarent: uel eſſent fauorabiles & interceſſores pro dicto officio habendo: Sed ſine omni prece precio & ſuf/

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHYMEHI I. MAZEPI

fragio percipio ipsum officium canzelariæ & administrationem: Quodq; me pure sic exi/
bebo circa subiectos dicti domini mei ducis cōtentus his stipendiis que statuta sunt ab ipso
domino meo: Et uigilanter inspiciam fischalia iura: & ero diligens circa illa: Inobediētesq;
corrigam: obediētes uero cum omni amore tractabo: & illæsos ꝑ posse custodiam. Nihil a
subditis ad lucrum cōsiderans accipiam: aut per graciā uel odium exigam: æquus in causis
utriq; parti & in publicis disciplinis ero & in iudicando iura & statuta dicti domini mei: &
oēm iusticiā ꝑ posse seruabo. Et si repiero fischū iniusticiā pati nō paciar. Et alia faciā & ob/
seruabo pure sine fraude quantum possibile mihi fuerit que ad dictum officium & cōmis/
sam mihi administrationē secundum cōmunem ueritatē & iusticiā pertinēt & incumbunt.

¶De officio canzelarii quo ad sigilla & eorum emolumenta onera & computum. 4

STatuimus canzelarium nostrum præsidere in consistorio seu curia nostri nobiscum
residentis consilii: & penes ipsum esse eumq; custodire sigilla nostra: & taliter ea cō
seruare q̄ nullus alius præter eum: uel ipso iubente & præsente & sigillet aut sigillare possit
aliquam litteram uel scripturam debet cum altero dictorum sigillorum: q̄q; ipse canzela/
rius noster uisitet & inspiciat & deinde sigillet litteras: acta: sententias & scripturas que pro
cedent a nobis & dicta curia nostra que sigillari debebunt & uidebit sigillanda: Que autē
uidebit rescribenda rescribi faciat: & que arbitrabitur canzelāda canzelet & ānullet: Ipsum
q; canzelarium nostrum per aliquem eius fidelem seruitorem quem ad hoc elegerit exigen/
di emolumenta prædictorum sigillorum nostrorum curam habere iuxta modum & taxam
in titulo de taxationibus sigillorum inferius ordinandam iubemus. De pecuniisq; ipsorum
emolumentorum sigillorum soluere sibi ipsi canzelario salarium suum quod fuerit sibi ꝑ no/
stras patentes litteras constitutum. Ordinamus: necnon supportare & expedire omnes
messagerias a curia nostra per & infra totam patriam nostram fiendas. Et de receptis & de/
liberatis per eum seu ab eo deputatum ipsum canzelarium nobis fideliter ex integro in ca/
mera nostra computorum coram magistris & auditoribus ipsoꝝ computorum ān̄o quolibet
computare & rationem reddere iubemus teneri. Quos quidem computos ꝑ receptores
ipsoꝝ computorum fieri & expediri uolumus & mandamus sine costu. Et ne supplicātes
littigantes & alii negociantes in dicta curia nostra ex tardatione sigillationis litterarum seu
scripturarum suaꝝ ibidem expeditarum grauentur: hoc edicto decernimus q̄ dictus canze
larius omni hora sibi congrua saltem semel in qualibet die in domo sue habitatiōis uel alibi
loco honesto: huiusmodi litteras: acta & scripturas ī dicta curia nostra usq; ad sigillatiōem
expeditas sigillare teneatur.

¶De qualitate collateralium & eorum iuramento. 5

COllaterales ad iusticiæ cultum cum canzellario nostro in nostra prædicta curia con
silii nostri nobiscum residentis esse uolumus & ordinamus: uiros probatæ uitæ: mo
rales scientia: prudentia & probitate doctatos & pollentes de dicto consilio adminus duos
in ipso cōsilio residentes doctores aut iurisperitos: qui non ambitione uel precio aut fauore:
sed qui testimonio ipsius canzellarii nostri & deliberatione nostri consilii idonei promoueri

ad hoc uidebunt. Qui quidem collaterales cum assumentur iurent & iurare teneantur q̄
pro ipsa promotione: & ut assumerētur in collaterales: neq; dederunt quidpiam: neq; se da
turos unq̄ postmodum fore: siue per se siue per interpositam personam in fraudem legis pre
stitiq; per eos sacramenti donationis: uenditionis uel titulo: aut alio uelamento cuiuscunq;
cōtractus. Et ob hoc officium: exceptis salariis eis constitutis nihil penitus tam ipsis in ipso
officio existētibus q̄ post depositum officium pro aliquo tempore dicti officii: beneficio pre/
stito per eos uel alias gratuito dono a subditis recepturos per se familiaresq; suos & seruito/
res aut coniunctas personas: nisi q̄ pro esculento aut poculēto uictus quottidiani causa do/
natum eis fuerit gratuite: q̄ infra paucos dies expendi poterit. Quodq; nobis erunt fideles
in omnibus: & fidele secundum suam conscientiam dabunt consilium: omni sinistra affe/
ctione cessante. Et in causis & de his q̄ ad iusticiam pertinent: erunt æqui partibus: utriq; iu
sticiam sine acceptatione personarum seruantes. Et alias prout cōsiliarios nostros iurare est
statutum. Et omnia secundum ueritatem & iusticiā agere. quæ ad ipsoꝝ collateralium offi/
cium & ad iusticiæ cultū & administratōem ꝑtinēt & incumbunt quātū possibile eis fuerit.

¶De salariis & solutione salariorum ipsorum collateralium. 6

AD condignam laboris mercedem statuimus prædictos collaterales fore decēter sala
riatos: Et ipsis collateralibus salaria huiusmodi in litteris suarum creationum descri
pta per thesaurarium nostrum singulis annis solui realiter sine mora qualibet: duobus ter/
minis scilicet medietatem in principio anni. & aliam medietatem in medio: precipimus &
mandamus: sub pœna per dictum thesaurarium committenda si in solutione ipsorum sala
riorum fuerit contumax & morosus decem librarum fortium fischo nostro applicanda & in
camera computorum nostrorum cum ipse thesaurarius tunc computabit in fine cōputi in
recepta per magistros & auditores ipsorum computorum intranda & allocanda: Et nihilo/
minus ipsi dictorum collateralium in cuius salarii solutione morosus extiterit dictus thesau
rarius ad expensas & interesse occasione salarii sibi non soluti substentas ipsum thesaura/
rium nostrum teneri decernimus.

¶De qualitate & iuramento consiliariorum laycorum. 7

ISponimus ultra canzelarium & eius collaterales esseq; statuimus ī nostro nobiscū
residente consilio alios consiliarios barones: milites: nobiles: & alios insignes laycos
tam in armis: q̄ in aliis arduis negociis: strenuos & circūspectos: prudentes: fideles: & pro/
bos erga nos & statum nostrum illustriumq; liberorum nostrorum ac totius rei publicæ: cu
ram in omnibus & singulis in quibus expediet solicitos & attentos: Quos tamen cum ī nu/
mero consiliariorum nostrorum assumentur iurare præcipimus: & iuruurando astringi esse
nobis: & dictis illustribus filiis nostris fideles: Et cum eorum consilia exquirentur a nobis in
nostris consiliis uel extra: fidele nobis præbere consilium in uotum suum seu opinionem di/
cere secundum deum ueritatem & iusticiam suamq; conscientiam. non ex inordinato affe/
ctu nobis uel alteri complacendi aut alicui displicendi neq; amore: odio: timore: uel fauo/
re: aut respectu uel occasione præmii commodi uel incommodi sui uel alterius: Sed cor/
de puro & sincera mēte omni sinistra affectione fictione: simulatione & malo ingenio prece

HAYNOBA BIBLIOTEKA OSTROBA

uel precio postpositis penitus cessantibus: Necnon & consilia nostra tenere secreta & nulli unquam hominum illa reuelare sine nostri specialibus licentia consensu uel mandato: Nul lasq; conuenticulas uel ligas aut uniones particulares illicitas publicas uel occultas inuicem habere facereq; uel fieri promouere: aut q; fiat consentire: Et si quæ uniones uel conuenticu/ læ huiusmodi hactenus fuerint inter eos habitæ uel contractæ ab ipsis omnino recedere & nunquam illis uti: Et insuper nobis in consilio publico uel secreto non suadere aliquid uel alias requirere in fauorem uel odium aut damnum alterius quod fuerit iniquum uel iniu/ stum seu cedat uel cedere possit in animæ nostræ uel nostri honoris dispendium & alterius detrimentum: Si quis autem nostri huius saluberrimi statuti temerarius uiolator extiterit nostram indignationem se nouerit incursurum: Et cum ignominia se priuatum ipso facto dicti consiliariatus honore cognoscat: Cuius sceleris uelut publici criminis cunctis nobis fi/ delibus & subditis pateat accusatio.

¶Ordinatio ad tenendum consilium mane & post meridiem.

Recipimus q; singulis diebus non feriatis ad honorem dei circa solis ortum canzela rius noster cum cæteris consiliariis nostris pro tempore nobiscum residentibus alia iusta causa non impeditis fiat initium in palatio castri seu domo nostræ pro tem p ore habita tionis: Et ad capellam prius se transferant admissam ante omnia reuerenter audiendam: Q ua audita in loco idem ordinato ad consilium tenēdum conueniant: Et ibi suo ordine de bito sedeant: & maneant usq; ad finem ipsius consilii: nisi de licentia canzelarii ex causa licita inde aliquē uel aliquos exire opus esset honeste sicut expedit sine murmuratione & collo quio: & rationibus particularibus pacienter & sedulo: audientes cuiuslibet opinionem atq; uotum sine interrumpendo uerba eius qui loquetur: Ibiq; deliberent & consilium teneant de & super tunc occurrentibus negociis a canzelario nostro per memoriale tunc proponen/ dum. Q uem quidem canzelarium uota seu opiniones singulorum exquirere ordine quo arbitrabitur uolumus & iubemus: In huiusmodi autem deliberationibus seruari uolumus hunc ordinem: Videlicet q; primo super illis que ambaxiatas tunc occurrētes concernet: Se cundo de & super cōcernentibus iura & negocia nostra patrimonialia uel fiscalia ad maio/ ra seu grauiora ubi maius periculum emineret ab illis que celeriori expeditione indigebunt inchoado: Et post illa negocia seu illis nō obiciētibus sup supplicatōibus et requastis de gra tia & aliis de & sup qbus nos cōsulere opus fuerit nobis referēdum deliberēt et excuciāt quæ sine nostri præsentia poterunt cōmode tunc expediri: Et in scriptis ad partem redigatur su/ per singulis materiis ibidem tractatis deliberatio ipsius nostri consilii per alterum ex secrata riis nostris per dictum cāzelarium nostrum eligendum. ¶ Post meridiem uero hora cōgrua secundum uarietatem temporum in loco prædicto ad cōsilium tenendum ordinato singulis diebus prædictis per ipsum canzelarium nostrum coram nobis & aliis cōsiliariis nostris præ dictis qui tunc præsentes fuerint in eodem consilio quod nobis præsentibus ipsa hora teneri uolumus omnia deliberata & aduisata in prædicto cōsilio matutino. maxime ea que sine nostra præsentia nō potuerint seu debuerint expediri referantur: Vt super illis fiat tunc per nos cum dicti nostri deliberatione cōsilii conclusio & expeditio opportuna.

¶De expeditione supplicatione gratiæ & iusticiæ.

Vm supplicationes & requæstæ de remissionibus & gratiis. necnon inuestituris le/ gitimatiōibus libertatibus officiorū concessionibus & cæteris sup quibus sine habita nobiscum consultatiōe seu nostra præsentia uel speciali mādato prouisio fieri nō po terit nec debebit oblatæ fuerint: Et per canzelarium & cōsilium nostrum inspectæ & aduisa tæ nobis illico supplicationes huiusmodi p dictum canzelarium uel ipso absente aut alias oc cupato p alterū ex suis collateralibus ī primo cōsilio post exhibitiōem ipsarū supplicatiōum & earū inspectionē prius fiendam ut præferī coram nobis tenendo uel saltem cum traditæ fue/ rint: si res celeritatem exposcat: ad prouisiones p nos inde fiendas iubemus præsentari. Cæte ras autem supplicatōes & requæstas iusticiæ sup quibus nō fuerit opus nos adhærere siue cō sulere & sine nostri præsentia poterit puideri expediri uolumus & iubemus p dictū nostrum cāzelarium uel ab eo absente aut alias occupato p eius collaterales: aut eorū alterū altero ab/ sente: put breuius & melius iusteq; fieri poterit & debebit. Et sup præmissis supplicatiōibus iustitiæ & aliis negociis p dictum canzelariū seu collaterales expediēdum ut præferī celerior fiat puisio: uolumus & iubemus collaterales p̄dictos singulis diebus bis inueniri cū canzela rio si & quādo præsens fuerit in nr̄a curia in domo habitatiōis ipsius cāzelarii: alias eo absen te in domo alterius ipsorū collateralium q in absentia ipsius canzelarii signetum nostrum cu/ stodiat horis cōgruis conuenire ad huiusmodi supplicationes uidendas & prouisiones debi/ tas super ipsis fiendas.

¶Per quos debeant recipi supplicationes.

Vpplicationes omnes & requæstas singulorū ad curiam nostram ueniētium recipi sta tuimus & iubemus p canzelarium uel eius collaterales: seu alterū ex ipsis: aut secreta rios nostros put eis offerent: qui illas confestim dicto canzelario deferent aduisandas: Et si quas nobis oblatas recipe contigerit illas dicto canzelario dum præsens fuerit ī curia nostra alias in eius absentia: collaterali signetum nostrum portanti p aliquem ex nr̄is cōsiliariis si/ mili modo mittere debeamus: extra quam curiam nostram & locum nostræ residentiæ sup/ plicationes & litteras quascūq; concernentes lites in prædicta curia nostra iam incohatas ex pediri & sigillari: causasq; quaslibet audire p quemcunq; hoc edicto ppetuo p̄hibemus ne/ dum autem in præmissis uerū etiam in omnibus & singulis aliis actis officium cāzelariæ cō/ cernentibus in dicti canzelarii nostri absentia: uices eius gerere: officium exercere uolumus & dicernimus illum ex suis collateralibus: cui signetum nostrum cōmisserimus in absentia ipsius canzelarii custodiēdum.

¶De distributione supplicationum & actorū curiæ dominicæ.

Istributionem supplicatiōum & requæstarum super quibus erit facta deliberatio & puisio necnon actorū & processuum causarum tam ciuilium q̄ criminalium quæ in iudicio dicti nostri nobiscum residentis cōsilii deducentur inter secretarios nostros p dictum canzelarium nostrum: & si & quando præsens fuerit in dicta curia nostra: eo uero absente p collateralem q signetum nostrum custodiet ut præfertur consideratione habita ad materias & negocia tunc decurrentia: discretionem & sufficientiam cuiuslibet ipsorū secretariorū fieri debite uolumus & iubemus: Et facta huiusmodi distributione singulis diebus & horis op/ portunis quilibet ipsorum secretariorum litteras acta & scripturas distributas q̄ breuius po/ terit scribat & expediat supplicantibus littigantibus & aliis negociantibus sine mora.

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHYMOBI

¶Per quos debeant causæ audiri. 12

Causas & littes tam ciuiles q̃ criminales: patrimonialesq; & fiscales quæ in nostra prædicta curia audientur: cognoscentur & terminabunt audire singulis diebus ad honorem dei non feriatis in loco electi tribunalis nostræ residentiæ & nõ alibi: & de illis cognoscere iudicare & ius unicuiq; reddere statuimus & ordinamus canzelarium nostrum una cũ suis collateralibus si & quando præsens fuerit in nostra curia ad media tamen causarũ ipsarũ audienda dictum canzelarium nostrum cum commode uacare non poterit: nõ esse astrictũ decernimus. In absentia uero ipsius cãzelarii prædicti collaterales uel eorũ alter pro tunc residens altero absente causas huiusmodi audire: decidere: & diffinire teneant præsentibus cõsiliariis nr̃is aliis: si qui ad hoc uoluerint interesse: Litium autẽ discrimina de medio nostrorũ subditorũ auferre cupiẽtes: sicut iure caueãt: sic fieri statuimus: q̃ dictarũ causarum auditores in litis exordio post porrectas: supplicationes libellos oblatos: aut alias factas petitiões: liteq; pendẽte: partes litigantes sæpius moneant & hortent̃ ad concordiam amicabilem: Ad quã si ipsæ partes consenserint easdem partes dirigere & reducere studeant meliori uia: iure & forma qbus fieri poterit & debebit. Quod etiã in oibus & singulis pr̃iæ nostræ iudicibus inferioribus & supioribus qbuscũq; seruari p oẽs causarũ auditores uolumus & iubemus.

¶Collaterales excusant̃ a præsentia cõsilii dum uacabunt uisitationibus processuum. 13

Vm dicti collaterales fuerint occupati circa uisitationes processuum actorũ & causarum in dicta nostra curia pendentium: ne earum decisio impediat̃: & plus debito differat̃: eos decernimus non esse astrictos psonaliter adesse nostris prædictis consiliis de mane & post meridiem: ut præfertur obseruandis. Sed ipsos collaterales dictæ iurisdictioni uacãtes: ubi specialiter & expresse p nos uel dictum canzelarium nostrum non uocabunt̃: censemus a præsentia dictorum consiliariorum pen itus exc usatos.

¶Quæ causæ debeant audiri in curia domini & quæ non. 14

Ne causarum & litium multitudine impediant̃ & plus debito differant̃: & ꝓtelentur nostri patrimonii negocia & fisci nostri commoda ambaxiatorũ quoq; occurrentium expeditio: & ĩ cæteris nostræ reipu. uniuersalis administratiõis executio: necnon ipsarũ causarũ ciuilium & criminalium ad dicti cõsilii nr̃i nobiscum residentis audientiã occurrẽtium breuis decisio statuimus & ordinamus q̃ dictum consilium nostrum nobiscum residẽs: nullas causas ciuiles uel criminales assumat audiendas: sed ipsas causas p supplicationem: requæstam simplicem quærelam: uel alias ad cõsilium nostrũ delatas: iudicibus ordinariis & aliis qbus de iure ꝓtinebunt & deferri debebunt ꝓcedẽdo gradatim de minore ad maiorem remittat audiendas cognoscẽdas: & sine debito terminãdas p eos ad quos ipsæ causæ remittent̃ & eas remitti statuimus: nõ ut delegatos seu cõmissarios sed ut ordinarios: nisi causæ ipsæ q̃ ad præfatum nr̃um nobiscũ residens cõsilium deferent̃ pr̃imoniũ uel fiscum nr̃um cõcernãt. Quarũ qdem causarũ pr̃imonialium audientiã: decisionem & diffinitionẽ uolumus & ordinamus ad consiliũ nostrum nobiscum uel chãberiaci residens & eorũ quodlibet insolidum prout ad alterũ ipsorum consiliorum nostrorũ deuoluent̃ pertinere: uel ei aut eius cui

uel qbus ipsas causas nostras patrimoniales duxerimus committendas: uel nisi fuerint causæ baronum banneretorũ aut aliorum potẽtum nobilium inter eos uel contra eos exortæ uel discordiarũ seu dissensionum magnarum inter aliquas uniuersitates magnorum locorũ nostrorum subditorũ exortæ: aut causæ pauperũ & miserabilium personarum agẽtium & defendentium contra potentiores si huiusmodi paupes & miserabiles psonæ hoc reqrant: aut causæ seu controuersiæ inter nostros seruitores domesticos motæ: uel nisi causæ ipsæ fuerint ad nos seu dictum nostrum consilium nobiscum residens p appellationem secundam suo ordine debito non obmisso medio gradatim uel p supplicationem aut submissionem deuolutæ.

¶Causæ inter cõsiliarios domini exortæ terminari debent arbitrio uel amicabili compositione aliorũ consiliariorũ. 15

Et super litibus controuersiis & causis quas oriri contigerit inter aliquos ex nr̃is consiliariis nostri nobiscum residentis consilii dum residentes erunt esse uolumus & decernimus: cæteros de eodem nostro cõsilio in eo tunc residentes nõ suspectos uel partiales arbitros: arbitratores & amicabiles cõpositores: ipsosq; consiliarios ad inuicẽ querelantes oĩno subiici arbitrio: ꝓnunciationi: aut amicabili cognitioni aliorũ consiliariorum nostrorum appellatione: supplicatione: & reclamatione quacunq; penitus cessante: nisi quatenus: uices nostras huiusmodi causarũ cognitionibus seu compositionibus interponere uolumus: Et ad hæc omnes de prædicto nostro nobiscum residente cõsilio firmiter obligatos & astrictos esse seq; astringi: cum ad consiliariatum assumentur statuimus & uolumus.

¶Processus causarum imminente sententia uel ordinatione distribui debẽt per canzelarium collateralibus ad uisitandum & referendum. 16

Ad celeriorem & meliorem causarũ terminationem canzelario nostro prædicto processus & acta causarum in curia nostra prædicta pendentium: cum i illis fuerit assignatio facta ad interloquendum seu ordinandum: seu diffiniendum exhiberi uolumus & iubemus per secretarios & scribas ipsarum causarum p ipsum canzelarium tunc describendos collateralibus suis & mittendos p eosdem secretarios ad ipsos processus & acta uisitandos: Et ipsis diligenter uisitatis p ipsos collaterales simul eidem cãzellario referendos. in præsentiaq; ipsius canzellarii uerificandos & actis coram eo legendis: uidelicet illis qui erunt de substantia: Et iustitia ipsarum causarum deinde inter eos consultandos: ad sentẽtias seu ordinationes opportunas conscribendum & q̃ breuius fieri poterit ferendum.

¶Canzelario & collateralibus interdicitur aduocatio & iudicatura. 17

Et prædicti canzelarius & collaterales sine occupatione & suspitione quacunq; suis prædictis intendere ualeant officiis eisdem & cuilibet eorum inhibemus aduocationis officium patrocinariq; uel clare cõsilium in causis factis seu negociis alienis qbuscunq; quas in altera curiarum nostrarum pendere deduci uel moueri contigerit p aliquem uel contra aliquem subditorũ nostrorũ etiam in illis de quibus anteq̃ essent cõsiliarii nr̃i fuerint aduocati: & patrociniũ præstiterint: necnõ qualibet iudicaturam extra dictum nostrũ consilium nostrã uel præfatorũ baronum: banneretorũ: & aliorum subditorũ nostrorum iurisdictionem

HAVKOBA BIBLIOTEKA OHYDNA

habentium cum dictis cãzelariæ & collateralitatis officiis habere & exercere. Si qs autẽ eoꝝ cõtra hoc nostrum edictum attẽptare præsumpserit: præfati nostri cõsilii cõsortio & honore priuatũ se cognoscat. Et pœnam decem marchaꝝ argenti purissimi incurrat ipso facto fisco nro irremissibiliter applicandam.

¶Canzelario & oibus consiliariis interdicunt officia extra curiã excepto uno de gratia.

18

EAdem ratione ꝓhibemus canzelario & aliis consiliariis in nro nobiscum residẽte consilio: tam iurisperitis q̃ nõ peritis qbuscũq; officia baliuatuum: castellaniatuum: capitaneatuum: uicariatuum: potestariaꝝ: & alia quæcunq; extra locum residẽtiæ nostræ: & nostri nobiscum residẽtis cõsilii habere & tenere: nisi quatenus alicui uel aliqbus ex ipsis cõsiliariis nris de gratia unicum officium cum deliberatione dicti nostri cõsilii duceremus concedendum. Qui uero ex dictis cõsiliariis nris officia plura postulauerit uel alias ambitiose tacite uel expresse habere ꝓcurauerit priuatũ se cognoscat dicti cõsiliariatus honore & omni officio habito & habendo. Hoc eodem edicto ꝓhibentes dictis canzelario & eius collateralibus: ne de causis quæ in dicta curia nra nobiscum residentis cõsilii deferent & decidentur: In qbus per prius & anteq̃ essent de gremio dicti nostri consilii fuerint iudices aut aduocati: Et de eoꝝ audientia seu cognitione tacite uel expresse quouis quæsito colore se ꝓmiscere præsumant: sub pœna decem libraꝝ fortium ꝑ quemcunq; contrafacientem cõmittenda & fisco nostro applicanda.

¶Receptio pensionum & numerum omnibus consiliariis interdicitur.

19

PEnsiones annuas tributaq; dona uel munera ꝓhibemus canzelarium: collaterales & cæteros cuiuscunq; status consiliarios nros recipere uel exigere ꝑ se uel ꝑ interpositas personas: ꝑ recõmendatione: patrocinio: præsidio: intercessione uel fauore apud nos uel nostrum consilium ꝑ aliqua uel aliquibus personis facientibus a quibuscunq; prælatis: capitulis: collegiis & aliis ecclesiarum rectoribus & personis ecclesiasticis: nec non baronibus: banneretis: & aliis nobilibus ciuibusq; burgensibus mercatoribus notariis & aliis inferioribus: ac locorum uniuersitatibus quibuscunq;: Nisi ensemia liberaliter & gratis eis data quando nos continget ꝓuincias ciuitates: uillas & alia loca nostra uisitare quæ de nostri scientia: nostriq; contemplatione offerent: uel esculenta & poculenta uictus quottidiani causa: quæ infra paucos dies expendi poterunt: sicut est iure communi ꝑmissum: & excepto salario moderato pro labore in partes concordando & earum iura: uia amicabili aduidendo: sub pœna dupli eius quod contra hoc nostrum edictum salubriter receptum probabitur ꝑ quemcunq; recipientem committenda: & tantundem per quemcunq; dantem subditum nostrum incurrenda: & fisci nostri ærario integriter applicãda: Cuius dati & accepti contra hanc nostram prohibitionem accusatiõis & denunciationis cunctis concedimus potestatẽ & facultatem.

¶Druliæ quotæ & omne extra ꝓhibet per consilium in compositionibus & concordiis.

20

PErpetuo prohibemus edicto canzelarium collaterales & cæteros consiliarios nros aliquam partem uel quotam in bannis mulctis & pœnis concordatis marciatis compositionibusq; condemnationum seu declarationum pœnarum & aliorum iurium seu emolumentoꝝ nobis seu fisco nostro applicãdarum percipere uel habere aut druliam: uel aliquid

aliud extra quod percipere debemus facere super illis: aut alias ordinare: taxare uel exigere pro ipso nostro consilio ipsos omnes qui fuerint condemnati: marciati uel concordati aliquibus pecuniæ quantitatibus: aut aliis rebus decernẽtibus ad aliquid plus soluendum q̃ id ad quod fuerint condemnati marciati non teneri: nec per quemquam fore compellendos.

¶Consilium cum domino residens & thesaurarius non debent se immiscere de debitis fisci pertinentibus clauario.

21

DE pœnis commissis & mulctis in consilio nostro chamberiaci residenti declaratis & exitibus processuum criminalium diffinitorum uel concordatis ibidem pœnisq; illis impositis etiam non declaratis & aliis debitis fiscalibus quoꝝ exactio commissa est & pertinet clauario nostro & exactori mulctaꝝ in chamberiaco residenti compositionem uel cõcordiam fieri in consilio nostro nobiscum residẽti penitus prohibemus thesaurario nostro generali: ne de illis exigendis se immiscere ꝑsumat quoquomodo similiter prohibentes & in ipsoꝝ exactione ipsum clauarium nostrum per quemcunq; turbari uetantes ne salarioꝝ collaterali um præsidentis dicti nostri consilii chamberiaci residentis aduocatiq; procuratorũ nostrorum fiscalium inde fienda solutio impediatur uel tardetur.

¶Occasione breuetoꝝ: rotuloꝝ: aut uerboꝝ cõtra aliquem porrectoꝝ nullus molestet.

22

PRæsenti decernimus edicto receptionem rotuloꝝ breuetorum seu scriptorum excessus & delicta continẽtium: qui contra aliquos non zelo iustitiæ: sed potius ex odio & inordinata affectione ad iniuriam plusq̃ ad iustitiam interdum palam interdum occulte nobis uel aliquibus ex nostro consilio porrigunt etiam suggestiones uerbales huiusmodi non esse ꝑ nos uel canzelarium aut consilium nostrum admittendas & supcontentis in ipsis contra quamcunq; personam per inquisitionem uel alias nisi quatenus de ibi contentis esset fama publica aut clamosa insinuatio procederet: nõ quidem a maliuolis seu emulis: sed a graui bus & honestis personis non esse procedendum & procedi prohibemus: Vbi uero famam ꝓcedere & clamorem ascendere contigerit ꝓout supra non ex odii fomite: sed charitatis & iustitiæ nuntiarentur excessus uel dum: & quando q porrexerit tales rotulos: breuetos: aut suggestiones uerbo uel in scriptis porrigi ꝓcurauerit uel mandauerit accusator uel denũciator esse uoluerit & se obtulerit: aut prius sumpta secreta informatiõe: per quam crimen huiusmodi detectum fuerit: tunc ad inquirendum de ipsis criminibus sic detectis contra culpabiles non uetamus sed inquiri diligenter præcipimus & mandamus.

¶Quod instructiones ambasiatorum signentur & registrentur.

23

GVm fines mandati congruum sit seruari & eum qui mittit: nõ qui mittit expediat: quid mandet declarare & limitare: iubemus canzelarium nostrum ambasiatoribus nostris & aliis qui mittentur ad aliquod negociandum nostri parte uel nostri nobiscum residentis consilii ex nostra uel dicti consilii deliberatione præhabita: instructiones claras & bene ordinatas iuxta ea super hoc q̃ fuerunt deliberata & cõclusa dictare & facere per alter ex secretariis nostris in scriptis redigi & scriptas signataq; eisdem ambasiatoribus uel nunciis

HAVKOBA DIGITALNA KNJIŽNICA

missis q̃ breuius fieri poterit tradere & expedire: Et ne in huiusmodi ambasiatorꝫ uel nuncio rum nostrorum seu dicti nostri consilii instructionibus quicq̃ ualeat immutari: uel ipsorum ambasiatorꝫ memoria amitti: statuimus & uolumus omnes & singulas huiusmodi istructio nes in uno libro seu registro penes dictum canzelarium cõseruando p secretarium qui ipsas instructiones fecerit de uerbo ad uerbum describi: dictumq; registrum in redditu quorum/ libet ambasiatorum seu nunciorꝫ prædictorum coram nobis seu consilio nostro præsentiali/ ter exhiberi ad ipsas instructiones registratas uidendas & legendas ut sciat̃ qualiter ipsi am/ basiatores & nuncii suas legationes & sibi commissa negocia compleuerint aut ex illis quicq̃ omiserint.

¶Quod in porta cameræ resideat unus hostiarius. 24

HOstiarium siue mazerium: specialem unũ ex seruitoribus nostris domesticis consilia rios nostros cum consiliũ in nostra absentia tenebũt habere decernimus cui nos uel ip sum consilium nostrũ duxerimus committendũ: Ad cuius officium ptinebit ad hostium ca meræ consilii foris stare: Et tam inuocando consiliarios uel secretarios absentes aut alios qui ad præsentiam dicti consilii adesse putent̃: q̃ alia sibi p ipsum consiliũ iniungenda diligẽter exequenda esse promptum.

¶De procuratore fiscali speciali in curia domini residente. 25

PRocuratorem nostrũ fiscalem specialem in dicta curia nostra nobiscum residentis cõ silii per se uel alium idoneum ex secretariis nostris de nostro consensu substitutũ con tinue residere statuimus per nos assumendum uirum scientificum & praticum: prudẽtem: probum: & solicitum stipendiis decentibus in litteris suæ creationis salariatum: Ad cuius of ficium spectare decernimus omnes & singulas causas nostras atq; negocia: patrimonium: & fiscum nostrum concernentes diligenter in dicta curia nostra & alibi iuxta formam suæ constitutionis solicitare diligenter & prosequi: Et ut nihil de contingentibus dictorum patri monii & fisci nostri commoda negligi ualeat: ipsum procuratorem nostrum penes se habere uolumus & iubemus continue unum librum seu registrum: in quo notet & ad memoriã de/ scribat idem procurator totam substantiam & effectum omnium & singularum nostrarum causarum patrimonialium & fiscalium in dicta curia nostra nobiscum residentis consilii tra ctandarũ: Necnon pœnas mulctas in dicta curia nostra declaratas commissas: & alias oc/ casione excessuum & delictorum contra inculpatos de eisdem impositas: ac omnes & singu las alias expeditiones iurium nostrorum patrimonialium & fiscalium in eadem curia nostra factas. Ipsumq; registrum in fine cuiuslibet mensis: uel quotiens fuerit expediens dictis can zelario & collateralibus: necnon thesaurario nostro generali seu eius subrogato in prædicta curia nostra residenti: Magistroq; nostro hospicii pro tempore huiusmodi magisteriũ exer/ centi: si & quando ipsum registrum uidere uoluerit exhibere: & in fine cuiuslibet anni in ca mera nostra computorum ad iurium nostrorum conseruationem tradere teneatur de & su/ per quarum pœnarꝫ mulctarꝫ declarationũ & aliorum præmissorꝫ emolumentis eidem pro/ curatori nostro salarium suum per dictum thesaurarium singulis annis solui uolumus & iu bemus sine difficultate quacunq;. Cum autem assumet̃ idem procurator per nos ad prædi/ ctum officium ipsum ꝓcuratorem nostrũ in manibus nostri cãzelarii ad sancta dei euange lia iuramentũ corporale præstare decernimus esse astrictũ. quæ omnia & singula præmissa

ac alia prædicto officio ꝓcuratoris fiscalis incombentia fideliter & diligenter exequetur: ꝓq; nullas pensiones annuas donaq; uel munera etiam gratis oblata a quacunq; persona eccle/ siastica uel laica: aut uniuersitate totius patriæ nostræ aut eriam forẽsibus in dicta curia no stra negociantibus exiget uel recipiet: præter esculenta uel poculenta de iure permissa; & alias prout infra in titulo de aduocato & procuratore nostris fiscalibus generalibus in capi/ tulo ut sine subditorum: & cætera disponitur.

¶De secretariis

¶De qualitate officio & iuramento secretariorum. 26

SEcretarios & scribas nostros & curiæ nostræ nostri prædicti nobiscum residentis con silii: ad decentiam nostri status: & reipu. nobis commissæ utilitatem: nos decet ha/ bere & assumere cum deliberatione nostrorum canzelarii & consilii uiros prouidos: discre/ tos: probos & honestos: notarios publicos: & in scientia & arte notariatus idoneos & exper tos: ad scribendum: signandum: & registrandum: grossandum & expediendum decenter omnes & singulas litteras clausas & apertas: instrumẽta: acta processus causarum & cæte/ ras scripturas negociorum in prædicta curia nostra occurrentes: bene scribentes legentes & intelligentes. Qui & eorum quilibet in sua assumptione in manibus nostri canzelarii super sancta dei euangelia iurabunt ꝓ erunt nobis fideles: omnia quæ in nostris consiliis tractabũ tur secreta secrete tenebunt: nulliq; persone reuelabunt sine nostra uel nostri canzelarii licẽ/ tia. In scripturis omnibus quas facient ueritate & probitate utentur. Easq; q̃ breuius pote/ rint prout infra statuitur personis quarum intererit expedient: Nihilq; ab eis uel quacunq; persona alia litigante uel negociante in curia nostra prædicta: etiam gratis oblatum pro bre uiori earum expeditione: aut alias quouis quæsito colore petent uel recipiẽt nisi iustam mer/ cedem sui laboris: iuxta taxam de & pro scripturis suis infra statutam: uel nisi esculenta & poculenta quæ uictus quotidiani causa eis darentur paucis diebus consumenda: Manda/ ta & iniunctiones per nos canzelarium & collaterales & consilium nostrum in consiliis uel extra sibi facta diligenter exequentur statuta nostra ac omnia & singula alia eorum officiũ concernentia inuiolabiliter & pro uiribus obseruabunt & exercebunt.

¶Emolumenta scripturarum conceduntur secretariis pro stipendiis. 27

PRo salariis & stipendiis ipsorum secretariorum nostrorum eis & eorum cuilibet emo lumenta prouentus & commoda scripturarum: processuum: actorum litterarũ in/ strumentorum. causarum: criminalium & ciuilium: prouisionum: & quorũcunq; actuum: seu negociorum in predicta curia nostra occurrentium relinquimus: damus & concedimus per ipsorum quẽlibet iuxta distributionem scripturarum sibi factam: & taxam statutorum nostrorum exigendam: Quam quidem taxam nulli dictorum secretariorum liceat excede/ re: sub pœna priuationis dicti sui officii: & restitutionis in duplum receptorum ultra taxam prædictam illi uel illis a quibus exegerint faciendæ: Quorum iuramentis circa hæc præstã/ dis arbitrio nostri canzelarii secundum qualitatem referendis stari uolumus & iubemus.

¶Secretarii debent quilibet habere registrum in quo scribant iura fiscalia.

28

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

AD memoriam eorum quæ fuerint in curia nostra prædicta nostri nobiscum residentis consilii decreta deliberata & expedita: prosecutionemq; & executionem eorumdem statuimus ꝙ quilibet secretariorum nostrorum in dicta curia nostra residentium penes se habere & tenere debeat librum seu registrum in quo describat & registratas substantialiter retineat omnes sententias diffinitiuas causarꝫ ciuilium & criminalium mulctasq; & pœnas in eadem curia nostra declaratas in actibus & processibus dictarum causarum comprehensas: necnon condemnationes: compositiones & concordias super dictis processibus causarum criminalium ibidem factarum: Citationesq; & assignationes in eadẽ curia nostra decretas contra intitulatos de & sup quibuscunq; criminibus uel etiã contra quascunque alias psonas: occasione commissionum excheitarum & aliorum patrimoniorum nostrorum iurisdictionem & iura fisci nostri concernentium: factas ac etiã querimonias querelas & offensas recurrentium ad prædictam curiam nostram prout in supplicationibus: requæstis: actibus: processibus: litteris: instrumentis: & aliis scripturis eisdem secretariis distributis: quilibet ipsorum secretariorum uidebit cõtineri in sibi distributis una cum expsione nominum & cognominum psonarum quas huiusmodi concernent negocia & huiusmodi registrum in fine cuiuslibet ebdomadæ per quemlibet ipsorꝫ secretariorum nostrorum in dicta curia nostra residentium: uolumus & iubemus exhiberi ꝓcuratori nostro fiscali & uice gerenti thesaurarii nostri in eadem curia nostra residentibus ad prosequẽdum iura nostra in dictis registris ad memoriã reducta erga canzelarium collaterales: & alios cõsiliarios nostros sup hoc ordinatos iustitia mediante: sub pœna decem solidorum fortium p quemlibet ex dictis secretariis nostris: qui circa prædicti registri confectionem & exhibitionem negligens fuerit ipso iure committenda & fischo nostro irremisibiliter applicanda.

¶ Secretarii duo habere debent protocolla: unum de negociis domini: aliud de alienis. 29

PRotocolla sicut iure communi cauetur notarius habere debere quẽlibet secretarium nostrum habere & penes se custodire: statuimus & mandamus in qbus registrent & scribant ad longum & extensum omnia quæ scribenda erunt in litteris: chartis & instrumẽtis contractuum & negociorum quorũcunq;: tam nostrorꝫ q̃ alienorꝫ in prædicta curia nostra factorum & expeditorum perpetuorum per ipsos secretarios iuxta distributionem sibi factam inde receptis. Vt autem nostra iura atq; negocia ab alienis distinguantur & in futurum securius conseruentur: uolumus & iubemus ꝙ quilibet secretariorum nostrorꝫ officiũ secretariatus seu scribaniæ in dicta curia nostra pro tempore exercentium habeat & faciat protocollum particulare in quo sine quacunq; mistura negociorum alienorum nostris non permistorum registret ad plenum ut prefertur omnes & singulas litteras chartas & instrumenta ad iura nostra patrimonialia & fiscalia facientes & facientia: pertinentes & pertinentia: utpote litteras & instrumenta infeudationum inuestiturarum fidelitatum: homagiorꝫ: suffertarum: albergamentorum: laudimiorum conditionalium: manumissionum limitatarum: franchisiarum: libertatum transactionum: compositionum: & aliorum quorũcunq; contractuum seu negociorum nostrorꝫ perpetuorum prout quilibet ipsorꝫ secretariorum receptio huiusmodi litterarꝫ chartarum seu instrumentorum fuerit distributa & commissa. Et ne quis defectus in materia uel in forma registrando huiusmodi litteras seu instrumenta

propter inaduertentiam committi ualeant dicti secretarii de instrumentis receptis prius faciant minutam anteq̃ eam improtocollent canzelario & collateralibus aut eorꝫ alteri q̃ psens fuerit: Necnon nostro consilio si opus fuerit uisitãdum ostendãt. Et huiusmodi autẽ ꝓtocolla tam de nostris q̃ de alienis negocus fienda ut præfert̃ dicti secretarii diligẽter custodiãt: ut si & quando opus fuerit possit fieri collatio de lr̃is chartis seu instrumẽtis: p ipsos secretarios ex dictis ꝓtocollis grossatis ad ipsa ꝓtocolla. Quicunq; uero dictorum secretariorum huius edicti nostri transgressor cõpertus fuerit decem libras fortium ꝓ pœna fisco nostro omni gratia cessante psoluendi reum se cognoscat.

¶ Contractus negocia domini cõtingẽtes nõ fiant plr̃as: sed ꝓ publica instrumẽta. 30

QVm non litteris authẽticis uel instrumentis res gerantur sed per eas & rei gestæ testimonium conferatur: cuius fides in re ꝓpria reprobatur: hoc edicto statuimus ꝙ de & sup contractibus recognitionum: fidelitatum homagiorum & aliorꝫ quorumlibet negociorum in qbus aliqua plona se erga nos obligabit uel remittet cedet: quitabit: uel donabit: aut ꝓmittet: seu conueniet ꝓ nobis facere de & sup quo non esset standum: uelut in facto ꝓprio testimonio nostro quæ ꝓ scripturam fieri requiruntur non fiant litteræ sub nomine nostro p quas contractum uel negocium huiusmodi recitemus: sed fiant publica instrumenta p secretarios nostros inde rogatos: seu quibus commissum fuerit sigillo nostro si a partibus requiranẽ sigillanda ꝓut tutius uisum fuerit: & stilus curiæ nostræ deposcit. Et hoc sub pœna in capitulo proxime præcedenti: expressa p secretarium contrafacientem cõmittanda & fisco nostro applicanda.

¶ Secretarii litteras & instrumenta pro domino facientes infra tres menses grossare & custodi crottæ mittere debent. 31

PRo iurium nostrorum conseruatione statuimus & ordinamus ꝙ quilibet secretariorum nostrorꝫ instrumenta: litteras authẽticas p eum receptas: patrimonium fiscum & cætera iura nr̃a cõcernẽtes: & ꝓ nobis facientes infra tres mẽses ꝓximos a die receptionis earum uel eorꝫ computandos grossent: leuent & in formam publicam redigant: grossatasq; seu grossata tradant manualiter uel p securum nuncium mittant custodi crottæ nostræ chãberiaci ꝓ tempore ipsius crottæ clauigero in archiuos nostros ipsius crottæ ad custodiam reponendas & reponenda. Si tamen huiusmodi documenta consequentes materias non cõtineant propter quas illas expediat diutius penes secretarium remanere. In quibus postq̃ materiæ illæ finitæ fuerint debeant infra dictum terminum a die finitæ seu terminatæ materiæ incohandum ut præmittit̃ grossari & expediri: & hoc sub pœna quadraginta solidorum fortium per quemlibet secretarium huius edicti nostri transgressorem committenda & fisco nostro applicanda. Et ut circa præmissa dictorum secretariorum negligentia detegi ualeat: & pœna exigi uolumus & iubemus ꝙ dicti secretarii bis in quolibet anno uidelicet in principio mensis decembris & iunii sua protocolla illius anni exhibeant & ostendant canzelario nostro aut eius collateralibus ad uidendum si quæ litteræ aut instrumenta negociorum nostrorum remanserint grossandæ uel grossanda in ipsis protocollis.

¶ Quod secretarii litteras instrumenta acta & scripturas sibi commissas personis quibus ptinebunt expediant. 32

HAVKOVA BIBLIOTEKA OHYMOPHI.INFO/HAVIKOBA

SVbditorum nostrorum & aliorum in dicta curia nostra negociantium dispendiis occurrere cupientes: statuimus q̃ secretarii nostri acta: scripturas: sententias: instrumenta mandata: & alias quascunq; scripturas sibi distributas & cõmissas ad scribẽdum in prædicta curia nostra scriptas & signatas tradant & expediant p̃sonis quarum intererit infra unum diem naturalem: si commode fieri possit: Sin autem ĩfra duos dies: nisi scriptura adeo fuerit longa q̃ infra dictum tempus non ualeat fœliciter expediri: Et tunc infra tempus quo breuius fieri poterit arbitrio canzellarii & collateralium si opus fuerit: & p̃sonæ quarum intererit non petierint moderandum. Ita q̃ primo expediant huiusmodi scripturas paupibus & forensibus: deinde aliis ꝓut p̃sonarum & negociorum qualitates hoc requirẽt: Sub pœna quiq; solidorum fortium p̃ quemlibet secretarium qui in expeditione lr̃arum seu scripturarum prædictarum ultra terminos prædictos morosus extiterit committenda & fisco nostro applicanda: necnon priuationis emolumenti illius scripturæ infra tempus debitũ non expeditæ: ¶ Vt autem huiusmodi breues lr̃ar̃ & scripturarum expeditiões fieri ualeãt: & ut sciat qlibet supplicans uel negocians in curia nostra prædicta. a quo petere debeat scripturas sibi ꝑtinentes iubemus q̃ quilibet secretariorum nostrorum prædictorum teneat̃ post distributionem supplicationum: requæstarum & aliorum negocio⁊ sibi factam ipsarum distributionem in una cedula describer̃ & ipsam cedulam in qua exprimant̃ nomina & cognomina p̃sonarum supplicantium seu negociantium in ualuis domus habitationis canzelarii nostri prædicti: loco patenti affiger̃: & ut ab omnibus uideatur.

¶ Interdicitur secretariis & eo⁊ clericis necnon seruitoribus canzellarii & collateralium aduocationis & ꝓcurationis officium in curia.

33

INterdicimus secretariis nostris in p̃dicta curia nostra residentibus eorumq; clericis necnon clericis & seruitoribus dictorum canzelarii nostri & eius collateralium omne aduocationis & ꝓcurationis officium in eadem curia nostra: uidelicet in causis quas ibidem continget placitari: ipsos tamen principaliter uel accessorie non concernentes: Sub pœna solido⁊ sexaginta fortium: p̃ quẽlibet cõtra facientem cõmittenda & fisco nr̃o applicãda. ¶ Hoc edictum in & sup scribam seu notarium cõsilii nostri chãberiaci residẽtis: eiusq; subrogatum: & conscriptores: necnon clericos & seruitores dicto⁊ p̃sidentis & collateraliũ eiusdem cõsilii: Sub simili pœna pariter extẽdentes.

¶ De consilio dñi residẽte chãberiaci præsidẽte collateralibus & scriba curiæ ipsius cõsilii.

34

PRæsidentem consilii nostri chamberiaci residentis expedit nobis eligere & assumere uirum scientia legum prudentia ꝓbitate morum grauitate: cõsilioq; pollẽtem & expertum: Ad cuius officium specialiter ꝑtinere decernimus resider̃ in dicto cõsilio nostro chãberiaci residẽte & penes ipsum esse. Eumq; custodir̃ sigilla nostra curiæ ipsius nostri cõsilii: & taliter conseruar̃ q̃ nullus alius præter eum: uel ipso præsente & iubente sigillet: & sigillar̃ possit aliquam lr̃am uel scripturam de & cum altero dicto⁊ sigillo⁊: Ipsumq; præsidentem deber̃ diligenter uisitare & inspicere lr̃as acta: sententias & quascunq; scripturas ꝓcedẽtes ab eadem curia nostra quæ sigillari debebunt: deinde sigillare quas uiderit sigillandas. Et si quas uiderit rescribendas rescribi facere in formam debitam: Et quas uiderit canzelandas

canzelare & annullare. Cum autem idem præsidẽs ad huiusmodi officium assumer̃: ipsum simili & eodem iuramento astringi uolumus & iubemus quo canzelarium nostrum supius astringi decernimus.

¶ De qualitate officio & iuramento collateralium dicti consilii.

35

MOllaterales dicti præsidentis duos uel saltem unum ad dictæ curiæ nostræ decorem & iustitiæ administrationem: causarumq; cognitionem ultra aduocatum & ꝓcuratores nostros generales fiscales in eodem consilio nostro chãberiaci residentes nos decet assumere uiros legum: scientia: prudentia: & ꝓbitate dotatos. Quos & præfatum præsidentem esse de gremio nobiscum residentis consilii: quotiens in illo esse eos uel uocari cõtigerit: speciales consiliarios decernimus. Quos cum assumen̄ astringi uolumus & iubemus eodem iuramento quo collaterales canzelarii nostri iurare supius est statutum. ¶ Et ne ꝓpter absentiam dicti præsidentis actus iustitiæ dictæ curiæ nostræ retardenẽ statuimus & uolumus: q̃ in absentia ipsius præsidentis primus dicto⁊ collateralium: uel unicus si sit unicus sigilla curiæ nostræ prædicti nostri consilii chãberiaci residentis penes se habeat & custodiat de & cũ qbus sigillet sigillanda: uisitetq; prius & inspiciat diligenter lr̃as acta: sententias & scripturas eiusdem curiæ nostræ que sigillari debebunt & quas uiderit sigillandas: Cæteraq; omnia ad officium dicti præsidentis incombentia plene & libere exerceat cum ipsius nostri præsidẽtis licentia.

¶ De salariis præsidentis & collateralium ac eo⁊ solutione.

36

PRæsidentem & collaterales prædictos decenter salariatos esse uolumus stipendiis in lr̃is nostris suarum constitutionum expressis eis soluendis ut sequtur: uidelicet dicto p̃sidenti per clauarium nostrum seu exactorem emolumentorum dictorum sigillorum curiæ nostræ predictæ consilii chamberiaci residentis de & sup huiusmodi emolumentis sigillorum prædictorum: præfatis uero collateralibus per eundem clauarium seu exactorem de & super residuo emolumentorum sigillorum quantum ipsum residuum ad hoc se poterit extẽdere: iuxta tamen modum & formam litterarum constitutionis ipsius clauarii: Et si ipsum residuum quod supererit de dictis emolumentis ultra solutionem salarii dicti præsidẽtis nõ sufficiat ad soluendum completa salaria dictorum collateralium uolumus & iubemus ac mandamus dictis collateralibus solui totum quod deerit per thesaurarium nostrum generalem ꝓut de solutione salariorum collateralium nostri canzelarii superius est statutum.

¶ De modo loco tempore tenendi consilium & audientiam: necnon de causis tractandis in consilio chamberiaci.

37

PErpetuo statuimus edicto: q̃ dicti præsidens & collaterales si sit unicus singulis diebus non feriatis consilium dictæ curiæ nostræ teneant: & ad causas audiendas & diffiniendas sedeant in loco electi tribunalis ipsius consilii ordinato: & non alibi. Et altero ipsorum absente: duo ex ipsis duobus uero ex ipsis absentibus: alter solus q̃ p̃sens fuerit. Quos quidem præsidentem & collaterales: uel duos aut alterum ex ipsis prout supra sedentibus uel sedente pro tribunali decernimus & uolumus habere: eisq; competere potestatem & auctoritatem omnes & singulas causas ciuiles & criminales quæ ad ipsum consilium nostrum

HAUPTBIBLIOTEKA OHYMBER I. I. MECHNIKOBA

chamberiaci residens p appellationem aut specialem submissionem ad ipsum consilium factas: seu per commissionem uel delegationem eidem consilio nostro per nos factam: fuerint deuolutæ & in illo introductæ. Necnon & causas nostras patrimoniales & fiscales que non essent in nostro nobiscum residenti consilio inchoatæ: Ac etiam causas quæ inter barones: banneretos: aut alios potentes nobiles uel magnarum diuisionum seu disensionum quæ inter aliquas uniuersitates & communitates ciuitatum: uillarumq; magnarum patriæ nostræ mouerentur aut motæ fuerint: uel per supplicationem uel alias debite ad dictum consilium nostrum chamberiaci residens deuolutæ seu inchoatæ: Ac insuper causas pauperum & miserabilium personarum agentium uel se defendentium cōtra potētiores: Si ipsi pauperes causam suam ibidem audiri & decidi postulent: causasq; delictorum & excessuum seu diuisionum magnarum nobilium & potentum: ac uniuersitatum personarum quæ in dicta curia nostra consilii chamberiaci proponentur & ad notitiam ipsius consilii deducentur coram iudicibus ordinariis non introductas audiendi: cognoscendi & fine debito terminandi: Et nihilominus super omnibus & singulis supplicationibus simplicibus querelis: & requæstis que ipsi præsidenti & collateralibus: uel eorum alteri contra bailiuos: iudices castellanos: clericos seu scribas curiarum iudicum: & castellanorū seruientesq; ministrales: seu alios officiarios nostros: necnon barones: banneretos: & alios nobiles iurisditionem habentes offerent: Et p eas ad ipsam curiam nostram dicti nostri chamberiaci residentis consilii reuocetur prouidēdi & debitam iusticiam ministrandi super ipsis supplicationibus: requæstis recursibus: & querelis eis & eorum cuilibet prout supra plenariam concedimus facultatem. Cæteras autem causas & lites de & super quibus dicti præsidens & eius collaterales fuerint aditi. Et super qbus ad ipsam curiam recurrēt. iubemus & uolumus per ipsos præsidentem & collaterales sine difficultate & dilatione quacunq; remitti & remittendas fore decernimus iudicibus ordinariis locorum: Ad quos iure ordinario ipsarum causarum audientia decisio & diffinitio pertinebit: audiendas decidendas: & fine debito terminandas nisi ubi & quando ipe iudex ordinarius foret aditus. Et in administratiōe iustitiæ fuerit negligēs uel remissus. Quo casu p dictum cōsilium nostrum chamberiaci residēs recurrētes ad ipm audiri nō uetamus.

¶Quibus licet sedere in tribunali: & quibus non licet. 38

UT debitus honor prædicto consilio nostro chamberiaci residenti seruetur & impendatur statuimus: q; nullus pro tribunali in bancha ipsius consilii dum consiliū & audientia causarum ibidem tenebit: cum præsidente & collateralibus prædictis sedere præsumat: Exceptis canzelario & aliis consiliariis nostris nostri nobiscum residentis consilii: cum eos ibidem adesse contigerit. necnon aduocato & pcuratore: dum tamen iurisperitis nostris fiscalibus generalibus: ac etiam prælatis: baronibus: banneretis: militibus: doctoribus: iurisperitis: necnon aduocatis: & aliis personis insignibus quas dictus præsidens in dicta bancha tribunalis ad honorem eis impendendum sedere iuberet.

¶Præsidenti & collateralibus suis officia necnon pensionum donorum & munerum receptio prohibetur. 39

SIcut canzelario & cæteris consiliariis nostris nobiscum residentis consilii: sic prohibemus prædictis præsidenti & collateralibus nostri chamberiaci residentis consilii bai-

moderatis. Emolumenta autem huiusmodi sigillorum per quemlibet dictorum iudicum nostrorum secundum dictæ taxæ modestiam exigi uolumus. Et inde nobis per ipsoꝝ iudicum quemlibet singulis annis in camera nostra cōputorum ex integro computari per quemlibet ipsorum iudicum: & leuato super ipsis emolumentis sigillorum suo salario sibi per nos constituto: & in litteris suæ creationis expresso: necnon salario procuratoris nostri fiscalis in ipsa qualibet iudicatura constituti in litteris suæ constitutionis declarato p iudicem illius iudicaturæ de & super dictis sigilloꝝ emolumentis singulis annis psoluendo. Scripturarum autem omnium: & singularum sententiarum: memorialium: prouisionum: mandatorum & omnium aliorum actuum iudicialium emolumenta iuxta dictoꝝ statutorum nostrorum moderationem exigenda cuilibet iudicum nostrorum prædictorum in sua iudicatura supplementum & augmentum salarii sui: necnon pro salario & toto onere scribæ ipsius cuiuslibet iudicaturæ quod idem iudex omnino supportare teneatur hoc edicto relinquimus & donamus: & ad ipsos iudices pertinere decernimus: Saluis tamen semper iuribus scribarum seu notariorum curiarum dictorum iudicum huiusmodi officium scribaniæ in patrimonium perpetuum: uel alias ex concessione nostri seu prædecessorum nostrorum habentium quibus per hæc derogare non intendimus nec uolumus.

¶Nullus iudex aliam iudicaturam aut officium iudicaturæ suæ repugnans obtinere debet. 65

NVlli iudicum nostrorum ordinariorum licere decernimus hoc edicto tenere uel habere aliam iudicaturam nostram uel alienam: seu aliud quodcunq; officium officio iudicaturæ sibi commissæ repugnans: sub pœna unius libræ argenti puri per iudicem qui contrafecerit committenda; & fisco nostro applicanda.

¶Iudices in compositionibus suæ concordiæ nullam quottam nec extra recipiant: nisi in assisiis pro expensis. 66

PRohibemus hoc edicto omnibus: & singulis iudicibus nostris ordinariis: ne & de cōpositōibus nrīs marciationibus & concordiis: quæ fient ī assisiis publicis sup processibus inqsitionalibus: bannis commissis: & criminibus quacunq; occasione sumpta siue p castellano: aut procuratore nostro loci: aut alias aliquam quottam druliam: aut extra a qbuscunq; personis exigere uel recipere præsumant: nisi dūtaxat tertiam partem inter ipsos iudices castellanos & procuratores pro ipsoꝝ expensis in huiusmodi assisiis factis more solito diuidendam.

¶Officium aduocatiōis intra iudicaturas: & receptio munerum iudicibus interdicuntur. 67

OMnem tergiuersationem iustitiæ aufugere uolentes omne patrocinium seu aduocationis officium inter subditos iudicaturarum nostraꝝ cuilibet ipsoꝝ iudicum nostrorum ordinariorum ī sua iudicatura fieri uel cuiq; subditorum dari prohibemus: Necnon scribis aut aliis clericis aut seruitoribus ipsorum iudicum de & super causis seu negociis quæ possent uel deberēt coram ipsis iudicibus tractari uel audiri: ac etiam omnem receptionē pēsionum annualium donoꝝ: & munerum ratione officii: & causarū quæ coram eis uentillarentē etiam gratis oblatarum: per subditos ipsoꝝ iudicum ratiōe iudicaturaꝝ sibi commissarum: & causaꝝ quæ coram eis uerterentur: præter esculenta & poculēta uictus quottidiani causa

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

infra paucos dies consumenda sibi liberaliter exhibenda & excepto salario moderato ꝑ labore sustento ĩ partes concordando & eorum in uia amicabili iura aduidendo: Sub pœna sexaginta solidorum fortium per quemlibet iudicem aut eius locumtenentem cõtra præmissa facientem committenda: & fisco nostro applicanda totiens quotiens ĩ contrariũ præmissorum contingerit intemptari.

¶De procuratoribus fiscalibus & eorum officio.

¶De qualitate salario & iuramento ipsorum procuratorum. 68

AD causas nostras fiscales & alias iura nostra concernentia ĩ qualibet iudicaturarum nr̃arum coram nostris ordinariis iudicibus ꝓsequentes: nos decet constituere: & habere unum procuratorem specialem uirum scientificum: prudentem & ꝓbum competẽter salariatum stipendiis: in lr̃is nostris suæ creationis declaratis ꝑ iudicem illius iudicaturæ: in qua ꝓcurator deputabit̃ super emolumentis sigillorꝫ ipsius iudicaturæ sibi soluendis: Ad cuius officiũ principaliter pertiere decernimus iudici dictæ iudicaturæ: uel eius locũtenentem tam ĩ audientiis causarꝫ: q̃ in assisiis publicis per se uel ꝑ alium idoneum suo periculo subrogatũ continue assistere: & ibidem præsentem esse causasq; nostras fiscales: ac iura nr̃a quæcũq; fideliter & diligenter ꝓmouere: defendere: & prosequi: q dum ꝑ nos constituetur ĩ manibus nostri canzelarii iuramentum sup sancta dei euangelia præstare teneat̃: quod ꝑ alios procuratores nostros fiscales nobiscum & chamberiaci residentes præstari etiã statuimus.

¶De secretis inquisitionibus per procuratores fiendis: & processibus inde fieri & diffiniri procurandis. 69

INter sollicitudines procuratoribus nostris fiscalibus incombentes ad eorum officium pertinere decernimus: tam ĩ assisiis iudicum: q̃ aliis temporibus diligenter & secrete scrutari: & inqrere de delictis excessibus & maleficiis per quoscunq; subditos nostros iudicaturarum ĩ qbus deputati erunt procuratores ꝓpetratis: necnon oppressiõibus: extortiõibus: lucris illicitis coactis: donationibus seu obligationibus ac uiolentiis: per castellanos: scribas curiarum: seruiẽtes generales ministrales: & alios officiales nostros ꝑ barones: banneretos: cæterosq; nobiles: & potentes nostræ ditionis cõmissos: & quæcunq; malefacta comperirent dicti procuratores in scriptis ꝑ memoriale redigant: & redacta iudicibus locorũ intiment: & ostendant. Et postmodum dictorꝫ iudicum arbitrio ꝑ scribas curiarum castellaniarꝫ: in qbus huiusmodi dignoscent̃ fuisse perpetrata processus inqsitionales contra culpabiles fieri procurent: seu per iudices p̃dictos mandari faciant. Et ĩ casibus arduis & ponderosis totum factum in scriptis redactum aduocato nostro fiscali generali mittant per securum nunciũ uel personaliter deferant pro dictandis & formandis articulis: & interrogatoriis super qbus erit inqrendum: ac consilio habendo super modo procedendi. Huiusmodi autem ꝓcessibus cõpletis dicti procuratores ipsos ꝓcessus primo exhibeant iudicibus ordinariis prædictis: deinde nobis seu nostro nobiscum residenti consilio clausos mittant uel apportent: ut ipsis processibus inspectis cum deliberatione dicti nostri consilii ordinare ualeamus: an ipsi processus coram ipsis iudicibus ordinariis seu nostro prædicto consilio debeant diffiniri.

¶Quod dicti procuratores uigilent super illesione patrimonii: & statutorꝫ domini contra uiolatores procedendo. 70

ET si circa negocia aliena utiliter dirigẽda curam solertem adhiberi desideramus: nõ minus erga nr̃a: & præsertim ne iura patrimonii nostri ac statuta ꝑ quenquam uiolentur iuigilare debemus: Quãobrem hoc edicto perpetuo statuimus ꝙ præfati procuratores nostri fiscales per singulas iudicaturas nr̃as cõstituti ultra alias officii sui cõmissiones cũ omni fideli diligentia inqrant continue; si quæ personæ cuiuscunq; status sub iudicaturis ĩ qbus deputati sunt ꝓcuratores constituti circa patrimonii nostri minutionem subtractionem necnon statutorꝫ nr̃orum infractionem attemptare præsumant: Et si qui culpabiles sup his per ueram iformationem ĩde sumptam inuenerint. statim nomina: & cognomina eorum una cũ casibus & causis culparꝫ huiusmodi ĩ uno libro seu memoriali registrent: & registrata quater ĩ quolibet anno: uidelicet infra quindenam festi epiphaniæ: cõcta uasq; festorũ pascæ: assumptionis beatæ Mariæ. & omnium sanctorꝫ: ad curiam nostrã nostri nobiscum residentis consilii deferant: uel ꝑ securum nũcium sub debita clausura mittant nobis uel consilio nr̃o exhibenda præsente procuratore fiscali in eadem curia nostra residente: aut ipsa registra post quam uisa fuerit ĩ dicto nostro consilio tradantur per canzelarium nostrum diligenter ad correctiõem erratorꝫ prosequenda prout per nos cum dicti nostri deliberatione cõsilii fuerit ordinatum. Et ĩsuper de & sup omnibus correctione: & emendatione dignis & in locis territoriorꝫ suorꝫ huiusmodi officiorꝫ occurrentibus: Nos & dictum consilium nostrum plene informent: ut ipsis auditis etiam deliberatione facta inde ualeamus prouidere ꝙ tota res publica nobis commissa per semitas iustitiæ sicut optamus gubernetur.

¶Quod procuratores nõ faciant partem: nec compareant pro domino in causis circa quas fecerint inqsitiones: & testium examinationes. 71

VM in iudiciis personæ constituentes iudicium debeant esse distinctæ: & una psona iudicialis uice duarꝫ fungi nõ debeat partis uidelicet & iudicis abusum contrariũ corrigentes: iubemus hoc edicto perpetuo ne qs procuratorꝫ nostrorꝫ fiscalium ĩ causis criminalibus nos & iura nostra cõcernentibus in qbus ipsi procuratores nr̃i testes examinauerit: post quam processus ꝑ aliquem dictorꝫ procuratorum nostrorũ factus in iudicio productus fuerit: & sup illo ꝓcedi inchoatum fuerit cõtra ꝑtem priuatam testes sup defensionibus. & articulis: q in iudicio tradent̃ recipere & examinare sine expresso cõsensu partis aduersæ præsumant: ne ꝑ talium testium examinatões quas huiusmodi ꝓcuratores nr̃i suscepint suspectæ reddi possint: aut alias inualidæ: Sed tali casu ipsorꝫ testium examinationes fiant ꝑ iudicem uel ab eo cõmissum iuxta formã uel tenorẽ capituli ĩ causis ĩfra de examinatione testiũ. ¶Si qs autem dictorꝫ procuratorꝫ nr̃orꝫ fiscalium ĩ iudicaturis nr̃is constitutorꝫ statutorꝫ nr̃orum huiusmodi officium nostrũ concernẽtium temerarius uiolator: seu nõ obseruator extiterit: in quolibet casu trãsgressionis ipsorꝫ statutorum nr̃orꝫ quadraginta solidorꝫ fortium ꝑ pœna inde per eum ipso facto committenda fisco nr̃o applicanda: fisco nostro persoluat.

¶Procuratores prædicti appellantes a sententiis latis contra fiscum huiusmodi appellationes intiment iudici ad quem aut mittant procuratori fiscali generali intimandas & prosequendas. 72

VB eadem pœna quadraginta solidorꝫ fortium per negligentem cõmittenda & fisco nostro applicanda hoc edicto statuimus & iubemus: ꝙ dum & quotiens aliquem ex dictis procuratoribus nostris fiscalibus specialibus & aliqbus sententiis diffinitiuis

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHYMEBA / MEDIUMKOBA

per alterum iudicum nostrorum ordinariorum prædictoꝝ: contra fiscum: aut alia iura nostra latis appellare continget: huiusmodi appellationes iudici ad quem appellatū fuerit ifra tempus debitum intimare non differant uel ꝑ procuratorem nostrum fiscalem generalē intimari procurent: Cui qdem procuratori tunc mittant sententiam a qua fuerit appellatū: una cum actis & ꝓcessu: super quibus lata fuerit ipsa sententia Quam quidem sententiam iudex a quo appellatum est & scriba suæ curiæ acta & processus ipsius causæ dicto procuratori nostro fiscali eiusdem iudicaturæ expedire non postponat ꝑ præmissis exequendis sub pœna supradicta.

¶De bailiuis & castellanis: & eorum officiis.

¶De qualitate iuramento salariis: & sindicatu bailiuorum: & castellanorum.

73

BAiliuos & castellanos: nos decet assumere: & habere uiros strenuos iusticia: prudentia: & probitate pollentes. per annum uel tempus nri beneplaciti stipendiis decentibus: & litteris nostris suaꝝ constitutionum declaratis ultra quotam: seu portionem bannoꝝ in suis officiis obuenientium ꝑ eos percipi consuetum salariatos ipsaq; officia libera nō ypothecata seu obligata itrantes & tenentes: Quos in eoꝝ creatione: & eoꝝ quemlibet astringi uolumus solemni iuramento sup sancta dei euangelia in manibus canzelarii nostri præstando: ꝙ omnia & singula huiusmodi bailiuatus: & castellaniaꝝ officiis incombentia & in statutis nostris comprehensa fideliter & diligenter: & pro uiribus obseruabunt iura nostra sollicite conseruabunt de omnibus: & singulis: per eos nomine nostro: & pro nobis receptis ī camera nostra computoꝝ singulis annis terminis: per præsidentem: magistros: & auditores ipsorum computoꝝ eis assignandis ex integro computabunt nihil de contingentibus occultantes: neminēq; in exercitiis dictorum officioꝝ suoꝝ: uel alias iniuste oppriment: aut extorsionibus grauabunt.

¶De officio & potestate bailiuorum. 74

AD officium bailiuoꝝ incombere: decernimus & uolumus sollicitudinem guerre: & habere auctoritatem uacandi & intendendi circa pacem & quietem subditoꝝ custodiamq; tuitionem: & defensionem atq; fortificationem castroꝝ: uillarum: & locoꝝ obuiationem guerrarum: rixaꝝ: insultuum: seditionum uiolentiarum: & alioꝝ scandaloꝝ nobilium potentum: & uniuersitatum patriæ sibi cōmissi bailiuatus: Necnō executiones iusticiæ si & quādo opus fuerit: correctōemq; rebellium ac pro præmissis: & aliis huiusmodi officiis incōbentibus dum casus exegerit exercitum: & militarē potentiam mouēdi: & ordinandi: ita tamen ꝙ ī grauioribus confestim deliberationem nram cum notificatione plenaria casuum occurrentium reqrant. Et insup ad executionem præmissoꝝ & aliaꝝ ordinationum huiusmodi officium concernentium omnibus & singulis officiariis: sindicis & subditis nris: ifra sui officii bailiuatus limites constitutis nobilibus: & ignobilibus qbuscūq; status fuerint iniungendi: & imponēdi qcquid ꝑ bono rei publicæ ipsis bailiuis matura deliberatione præhabita cū iudicibus ordinariis: & aliis ꝓcuratoribus ipsoꝝ bailiuoꝝ si & prout fuerit oportunū uisum fuerit præcipiendum: & iniungendum: Quibus qdem bailiuis tanq̄ maioribus: & superioribus locoꝝ nostrorum in qbus erunt deputati bailiui. quosq; præ cæteris uolumus anteferri hoc edicto perpetuo præcipimus: & mādamus ī his quæ dictū bailiuatus officium cōcernēt per dictos alios officiarios nostros quoscunq; ipsorum bailiuatuum: ac sindicos subditosq;

nostros locorum promptam obedientiam tanq̄ nobis ꝑstari & eorum mandatis pareri exceptis iudicibus nostris ordinariis ipsorum bailiuatuum super qbus ī his quæ concernunt iudiciariam potestatem: & actus iudiciales dictis bailiuis nullam relinquimus impetrandi potestatem: Sed potius mandata & sententias ipsorum iudicum: Quarum executio dictis bailiuis iuxta casuum exigentiam iudicibus committetur per ipsos bailiuos executioni mandari iubemus.

¶Quod qlibet bailiuus possit tenere unam castellaniam infra suum bailiuatum & non aliud officium in qua castellania resideat.

75

AD decorem: & fœlicem statum cuiuslibet bailiuoꝝ: & bailiuatuum nostroꝝ statuimus hoc edicto: ꝙ nullus bailiuoꝝ nostroꝝ habere debeat: seu exercere aliud quodcunq; officium nisi sibi commissum bailiuatum excepta una castellania quā sibi duxerimus pro suo statu infra bailiuatus sibi commissi limites committendam: De cuius qdem castellaniæ prouentibus ipse bailiuus salarium suum sibi ꝑ nos ī lris suæ constitutionis assignatum recipiat ultra portionem: & iura per bailiuos: & castellanos nros: de & super bannis cōdematis: & concordatis officioꝝ nostroꝝ iuxta stilum cameræ nostræ computorum percipi consuetum & cōsueta: Iubentes omnes: & singulos bailiuos nostros prædictos ī bailiuatibus sibi commissis uidelicet eorum quemlibet ī isigniori & mediocri loco sibi commissi bailiuatus personaliter residere debere itra castrum ipsius loci residentiæ: nisi ī bailiuatibus huiusmodi sint aliqua castra nostra ī fronteriis ī quibus ꝓpter debitam custodiam ipsos bailiuos residere astrictos esse uolumus: Bailiuos autem nostros quorum bailiuatus fronterias non attingent nostris aliis negociis seu obsequiis implicatos: & quos propter hoc a prædicta personali residentia duxerimus excusandos ab huiusmodi residētia excusatos haberi uolumus: dummodo eoꝝ absentiam per locatenentes idoneos nobis præsentandos & per nos approbandos supleri & uices suas sic faciant exequi: ꝙ de incombentibus ipsi bailiuatus officio nihil omittatur: Si quis autem dictorum bailiuorum nostrorum alicuius præmissorum neglector seu transgressor extiterit pœnam decem librarum fortium pro qualibet negligentia seu trāsgressione quam eoipso eum incurrere decernimus fisco nostro persoluat.

¶De uisitatione castrorum: uillarum: locorum: necnon inquisitione secreta super regimine castellanoꝝ: & aliorum officiariorum per bailiuos fiendis.

76

ENrer cæteras sollicitudīes hoc edicto statuimus & iubemus: ꝙ omnes & singuli bailiui nostri ī terris nris limitosis constituti semel in anno uel frequentius si & prout uiderint expedire: ꝑsonaliter uisitent: castra: uillas & cætera loca nra ī ipsis limitibus & fronteriis constituta: una cum armis: artillieriis: & aliis defensoriis īstrumentis: murisq; & propugnaculis si quæ necessaria ad custodiā: & fortificationem ipsoꝝ castroꝝ: uillaꝝ: & locoꝝ ibidem adesse uiderint in scriptis redigi faciant. Et redacta ea quæ nostro oneri incombēt nobis mittant: & de ipsis necessariis prouideri faciemus. Ea uero quæ ad onus subditorum nostrorū pertinere uidebunt: monitionibus: & exortationibus gratiosis præcedētibus: deinde aliis debitis compulsionibus maxime ubi uiderent imminere periculum faciant per eos ad quos spectabit decenter fieri: & de uillis prouideri cessantibus omnino quibuscunq; exactionibus occasione huiusmodi uisitationum: & in: & super castellanos seu alios officiarios ac subditos

HAVORSKA BIBLIOTEKA OHYMENHI LVIVSKOBA

nostros fiendis: Sub pœna quadrupli omnium exactor̃ p quemlibet ipsor̃ contrafacientem committenda: & fisco nr̃o applicanda: ultra restitutionem ualoris ipsor̃ exactor̃ eis a q̃bus extorta fuerint in integrum faciendam: Et ut ī exequendo dictas uisitationes: & alias transeundo p uillas: & loca sibi commissorum bailiuatuum tempus utiliter per eos expendatur: cum principali negocio p eos non obmisso alia expedienda possint exerceri: Hoc edicto præcipimus dictis bailiuis: quatenus trãseundo p uillas diligenter: & secrete se informent de regimine: & exercitio cuiuslibet castellanor̃: & bailiuatuum sibi cõmissor̃: & alior̃ officiariorum ipsor̃ locorum: Necnon de extorsionibus oppressionibus & excessibus eorundẽ si quos inueniant̃ perpetrasse. Indeq; conquerentes benigne audiãt̃ querimoniasq; & extorsiones: oppressiones: & excessus huiusmodi tam p querelas q̃ ex fama publica: uel alias debite ad ipsos bailiuos contra dictos castellanos: & officiarios delatos: & reptos in scriptis redigi faciant nomina: & cognomina delinquentiũ: & eos ī quos deliquerint qualitatesq; & modos delictor̃ ī ipsis scriptis designãdo: Ipsaq; scripta fideliter clausa nobis seu nr̃o nobiscũ residenti consilio p securos nuntios mittant: ut sup ipsis qualiter: & p quos fuerit ꝓcedendum contra culpabiles ordineẽ per nos: uel p dictum nostrum cõsilium circa quã q̃dem ordiationem dicti bailiui nihil sup præmissis attemptare p æsumant: Sub pœna ī capitulo proxie præcedẽti expressa.

¶De speciali officio & residentia castellanorum. 77

Vemlibet castellanor̃ nostrorum ī castro nostro castellaniæ sibi comissæ: si tamẽ sit habitabile residere & domicilium suum fouere suo durãte officio astrictum esse uolumus & iubemus: Ipsumq; castrum fideliter custodire: Et si quæ reparatiões fuerint necessariæ in illo eas nobis ī scriptis notificare: Viridaria prata: terras: & alias possessiones eidem castro pertinentes diligenter & utiliter gubernare taleas: seruitia: tributa: reditus census: leidas: pedagia: banna condemnata: & concordata: pœnas & mulctas declaratas: Et generaliter omnia alia iura nobis infra castellaniam sibi cõmissam quomodolibet debita & obuenientia: de q̃bus alias cõputare solitum est fideliter & sollicite recuperare & exigere ab ea debẽtibus: & de ea nobis singulis annis terminis assignatis iuxta clausulam iuramẽti bailiuor̃: & castellanor̃ in præsenti capitulo huius tituli contentam ex integro computare in camera nr̃a computor̃ hoc edictum ad bailiuos nostros castellanias intra bailiuatus sibi commissos habẽtes: saluis his quæ supius statuta sunt de residẽtia ī castris fronteriar̃ faciẽda penitus exercentes ab huiusmodi recupatione: & exactione particulari ꝓ nobis fiẽda excusantes: & excusatos haberi uolentes castellanos nr̃os in quor̃ castellaniis sunt & fuerunt psalterii præpositi ministrales: seu alii officiarii perpetui ad exigenda iura tributa: & debita nr̃a in feudũ aut alias iure hæreditario cõstituti: Quor̃ iuribus & oneribus huiusmodi exactiones consuetas exercendi: derogare non ītendimus: nec uolumus: Necnon de & sup exactionibus pedagiorum & alior̃ iurium nostrorum ī q̃bus alii speciales exactores p nos fuerunt deputati.

¶Quod bailiui & castellani sententias ordinationes & mandata cõsiliariorum & iudicum domini prompte & diligenter exequantur. 78

Vm in operibus iusticiæ executiones sint maxime necessariæ tanquam causis & negocijs finem imponentes hoc edicto perpetuo iubemus: q̃ bailiui & castellani nostri omnes & singulas sententias mandata: & ordinationes a nobis & curijs nostris consiliorum

nostrorum nobiscum: & chamberiaci residentium: necnon iudicum nostrorum ordinariorum: & delegatorum per litteras autẽticas alterius ipsarum curiarum emanatas: & ipsis bailiuis: & castellanis seu eorum locatenentibus directas iuxta ipsarum litterarum formas: & tenores prompte: & diligenter exequant̃: pareantq; & obediant̃ dictarum curiarum nostrarum: & cuiuslibet earum mandatis: Sub pœna centum librarum fortium p quẽlibet ipsorũ bailiuorum: & castellanorum q̃ in executione ipsarum litterarum: & mandatorum negligẽtes fuerint uel inobedientes ꝓ qualibet inobedientia seu negligẽtia ipso facto committẽda: & fisco nostro applicanda. In suisq; computis: & recepta per præsidentem magistros: & auditores computorum nostrorum intranda ultra pœnam in ipsis litteris: & mandatis cõprehensam: si quæ forsitan ibidem fuerit apposita: nisi iustam: & probabilem causam uel excusationem allegauerint uel probauerint quare ad executiones huiusmodi ꝓcedere recusauerint super qua ipsos allegantes: & ꝓponentes per maiores suos decernimus fore audiẽdos: Quæ si iusta: & rationabilis per cognitores seu cognitorem comperta nõ fuerit dicti allegãtes in pœnam incidant supradictam ipso facto.

¶Interdicuntur uni castellano duo officia: & etiã unum ī loco sui p̃rimonii seu originis. 79

Via pluribus intentus minor est ad singula sensus ambitionibus ẽt cupidorum obuiare: ac subditorũ nostrorũ incõmodis prouidere uolentes hoc edicto perpetuo interdicimus cuilibet castellanorũ nostrorũ duo officia castellaniarum nostrarum obtinere simul aut cum una ex castellaniis nostris aliud quodcũq; officium p quod exercitiũ debitum castellaniæ nostræ sibi commisse īpediri posset: aut minus utiliter gubernari: Præterea sicut īperiali cõstitutione cautũ est hoc edicto salubri ꝓhibemus: ne quis in loco suæ originis aut in quo patrimoniũ suum uel maiorem eius ptem obtinet officium castellaniæ exercere præsumat: Sub pœna priuationis ipsius officii: nec non uiginti librarum fortium in utroq; casuum prædictorum per quẽlibet huius edicti transgressorem cõmittenda & fis. no. ap.

¶Prohibentur oĩbus bailiuis: & castellanis eorũq; locatenẽtibus receptiones cessionum pensionum donorum: & munerum. 80

Vpiditati oĩum malorum radici aduersantes: oĩbus: & singulis bailiuis: castellanis eorũq; locatenentibus: & cæteris officiariis nostris administrationẽ habẽtibus prohibemus: ne quis eor̃ per se uel suos locũtenentes aut alias interpositas psonas recipere præsumat a quacũq; psona sibi in commisso officio subiecta aliquã cessionẽ debiti iuris actõis uel querele quarũcũq; titulo donatõis uenditõis uel alio: Sub pœna priuatõis officii sui: & ualoris dupli iuris cessi: hoc eodẽ edicto p̃dictis bailiuis castellanis: & officiariis ac eor̃ locatenentibus ĩterdicentes omnẽ receptionem seu ꝓceptionem pensionum donorũq; ac munerũ quorũcũq; rõne officii: & negocior̃ quẽ coram eis uentilarent̃ a subditis suor̃ officiorum ẽt gratis oblatorũ: Exceptis esculentis: & poculentis uictus quotidiani cã paucis diebus consumendis: Et excepto iusto: & moderato salario pro labore sustento in ptes cõcordando uel in executione mandator̃ iuxta moderationẽ horum nostrorum statutor̃ eis sine exactione quacunq; sponte p̃sentanda: Sub pœna quadrupli eius quod recipisse detectus fuerit talis recipiens per ipsum recipientem cõmittenda: & fisco nostro una cum restitutione sic acceptorum contra formam huius edicti.

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОНУ имени И. И. МЕЧНИКОВА

¶ Modus: & mensura recipiendi concordias super bānis: & delictis per bailiuos: & castellanos seu eorꝝ locatenētes.

ꝟ 1

VT delicta: & excessus iuxta ipsorum delinquētium qualitates animaduersione debita puniant: & omnis fraudis suspicio euitetur perpetuo statuimus edicto: ꝙ nullus castellanus seu eius locumtenens ab aliqua persona ex subditis suorum officiorum uel delinquentibus ibidem exigere uel recipere præsumat compositionem seu concordiam uice nostra seu auctoritate sui officii de: & super aliquibus criminibus offensis uel bānis per huiusmodi personas cōmissis: seu de qbus ipse personæ inculpatæ forent in assisiis publicis iudicum nostrorꝝ ordinariorum nec extra nisi præsentibus: & consentientibus iudicibus prædictis ordinariis uel eorū locatenentibus: & ꝓcuratoribus nr̄is fiscalibus iudicaturum sub qbus dictæ castellaniæ cōsistunt aut eorꝝ substitutis: Exceptis minoribus: & leuibus delictis offensis: & bānis usq; ad sexaginta solidos fortium: & ifra cōmuniter cōcordari cōsuetis: quēadmodum sunt transitus ꝑ fundum alienum inuito domino fundi: occupationes seu restrictiones uiarum arationes aut fossiones uel clausiones possessionum alienarum infractiones faisinarum: & barrarum debite per officiarios nostros factarum cōtemptusq; pœnarum in de ipositarum: Necnon alii casus leuium offensarum personarum uel realium de qbus fuerit facta clama uel querimonia uel denunciatio per iniuriatos uel offensos: in qbus: & eorū quolibet ac similibus leuibus possint dicti castellani nostri aut eorꝝ locatenentes i suis castellaniis in absentia iudicū & ꝓcuratorum nostrorꝝ prædictorꝝ recipere auctoritate propria officiariorū suorꝝ cōpositiones: & cōcordias a delinquētibus non tamen coactis directe uel indirecte: Sed spōte ipsas compositōes: & cōcordias pendētibus super huiusmodi delictis: & offensis: Saluis semper & ante oia iuribus: & emendis psonis conquerentibus: & damna passis iuxta delictorum seu offensarꝝ modum tractatu ipsorꝝ castellanorꝝ seu locatenētium prædictas cōpositōes recipientium ꝓpendendas amicabili cōcordia uel alias iuste sic ꝙ ipsæ personæ cōquerentes damna uel iniurias passæ contentæ remaneant: Necnō in casibus mediocribus: utputa rixis: rumoribus: percussionibus nō atrocibus: & similibus excessibus ex impetuositate: & motu iræ potiusq; ex impreisia: & animo deliberato ꝓcedētibus dum: & quādo huiusmodi delinquentes sine coactione incarceratōe uel alia impulsione sinistra: sed spōte: & libere delicta: & excessus suos de: & super qbus inculpabunt uel fiant clamæ: denunciationes uel accusatōes per iniuriatos uel damna passos de recentu coram ipsis castellanis locorum huiusmodi delictorum seu locatenentibus eorum cōfitebunt se cōmisisse humiliter implorantes se admitti ad cōpositionem gratiosam erga nos & partes seu psonas iniuriatas uel offensas sine quocūq; alio processu inde fiendo: Marciationibusq; dictorū castellanorū seu locatenentium inde se submittentes. possint: & ualeāt prædicti castellani nostri aut ipsorum locatenentes compositōes recipere: Saluis semper iuribus: & satisfactionibus iniuriatorum seu damna passorum ante oia tractandis: & fiendis prout supra: Etiam si banna prædicta sexaginta solidorꝝ fortium excedant quātitatem dūmodo delicta huiusmodi sint graua maiora: & talia eorum pœna sit ordinaria mortis mutilationis membri: fustigationis: relegationis: & publicatōis bonorum: de: & super quibus qdem delictis maioribus: & grauibus pœnam ordinariā corporalem uel publicationem bonorꝝ exigentibus nullā cōcordiam seu cōponendi directe uel indirecte publice uel occulte aut marciandi etiā cum sponte cōfitētibus uel marciari petētibus p̄dictis bailiuis seu castellanis aut eorꝝ locatenētibus relinquimus. Sed omnino interdicimus hoc edicto ꝓpetuo potestatem: Sub pœna decem librarum fortium ꝑ quēlibet huius edicti nostri transgressorem quotiens transgrediat cōmittenda: & fisco nostro applicāda: Et si forsan cōtra formam huius nostri statuti aliquas cōpositōes mar tiation es seu cōcordias per quēq; castellanorꝝ seu eorꝝ locatenentium fieri īmo uerius attemptari cōtigerit huiusmodi cōpositōes: & marciationes: nullas irritas ipso iure fore decernimus: & inanes: Et ne qd fraudis uel suspitiōis in cōpositionibus marciatiōibus seu cōcordiis dictis bailiuis: & castellanis ut præmittitur recipi: & fieri pmissis cōmitti ualeat: statuimus: & iubemus ꝙ oēs: & singulæ huiusmodi cōpositōes marciationes: & cōcordiæ ꝑ dictos bailiuos: & castellanos nostros seu eorꝝ locatenentes recipiēdæ: & fiendæ recipi: & fieri non debeant nec ualeant sine p̄sentia scribæ seu notarii curiæ in qua recipient aut eius subrogati: q ipsas cōpositiōes marciatōes seu cōcordias registrare debeat: & teneat in libro seu registro ipsius curiæ cum speciali desinatiōe psonarꝝ cōponentium: necnon delictorū seu offensarū ꝑ quibus fient atq; quantitatum ipsarum cōpositionum dieiq; anni: & mensis ac testiū ibidem p̄sentium: Sub pœna sexaginta solidorum fortium ꝑ castellanum seu locatenentes qui in prædictis cōpositōibus marciationibus seu cōcordiis tractandis: & fiendis scribam curiæ suæ non uocauerint ad scribendū seu registrandum: & uigintiquinq; solidorꝝ fortium ꝑ ipm scribam q in registrando defecerit ꝑ qualibet uice committēda: & fisco nostro applicanda.

¶ Quod nullus cogatur ad cōponendum nec denegent defensiones facere uolentibus sed in ipsis defensionibus audiant.

ꝟ 2

NVllum uolumus per aliquem bailiuorum iudicum aut castellanorum nostrorꝝ seu locatenentes eorꝝ cogi uel induci ad componendū de: & super aliquo crimine uel offensa unde fuerit inculpatus: Sed tales q deliquisse inculpabunt: & dicent se uelle defendere causamq; suam per sententiā terminari postulabunt libere audiri statuimus: & mandamus: & ad suas defensiones actura ꝓponenda deq; sua īnocentia quā allegabunt docendū admitti corā iudice ordinario loci in quo ꝓcessus contra eum intitulatus fuerit. ¶ Quē quidem iudicē in ipso casu huiusmodi processum: & cām illius delicti ꝑtibus debite auditis præcipimus iuridice terminari pœna centū solidorꝝ fortium cōpellenti uel inducenti quēq; super aliquo crimine inculpatū non uolentē seu non petentē ad componendū īminente fisco nostro applicanda.

¶ Præceptio druliarū: & omne extra fieri ꝓhibent in cōpositōibus seu marciatiōibus.

ꝟ 3

VT prædictæ compositiones sincere fiant sine fraude oībus: & singulis bailiuis iudicibus: castellanis nostris ac eorꝝ locatenētibus oēm speciem druliarum seu eius quod uulgariter uocant extra peti: & fieri uel exigi a quibuscūq; personis componētibus de: & super aliquibus criminibus uel offensis pœnis pecuniariis uel bannis penitus interdicimus nihilq; ab huiusmodi psonis componentibus aliud uolumus extorqueri uel recipi nisi dūtaxat quātitates pecuniæ ad quas pro iure nostro composuerunt de qbus quidem pecuniæ quātitatibus huiusmodi compositionum dicti bailiui: & castellani ratione suorꝝ officiorꝝ castellaniarum habeāt: & percipiant ꝓut habere: & percipere consueuerunt quartam ꝑtem ꝑ uniuerso iure suo. Saluis his quæ supius statuta sunt in titulo de iudicibus sup compositōibus q̄ fiunt in assisiis publicis ipsorꝝ iudicum ordinariorꝝ. Si quis uero huius edicti nostri salubris transgressor: temerarius extiterit; quicq̄ a quacunq; psona componēte exigendo ultra quāti-

HAYKOBA BIBLIOTEKA ОНУ ІМ. І. І. МЕЧНИКОВА

tatem ueram ipsius compositionis: pro qualibet trāsgressione decem libras fortium fisco no/
stro persoluat: & duplum recepti exacto restituat in pœnam suæ temeritatis sic præsumptæ.

¶De processibus inquisitionalibus fiendis per scribas curiarum.

NEmaleficia impunita remaneāt hoc edicto statuimus q̃ bailiui: & castellani nostri:
ac eorꝫ locatenentes de: & super oibus delictis criminibus: & offensis intra castella/
nias sibi commissas perpetratis: per accusationem denuntiationē uel famam publicam: se/
cretam informationem: uel alias legitime: & iuxta statutorum nostrorꝫ moderamen. ad no
titiam ipsorꝫ bailiuorum castellanorū eorꝫ locatenentium de dictis p scribas curiarum suarū
castellaniarū diligēter inquiri faciant: Qui qdem scribæ inquirentes inde pcessus inquisitio
nales decenter secundum delictorum quātitates: & conditiones personarꝫ intitulatos: & ar/
ticulatos forment: & faciant cum diligenti testium examinatione: & completis in libris di/
ctarum curiarum suarum registrēt ut per ipsos processus ueritas comperiri ualeat de: & su/
per inqsitis: & inde iusticiam per sententiam uel cōpositionem debite ministrari: nisi forsan
delinquentes seu inculpati ante inchoatum processum delicta sua sponte confiterentur: & re/
quirerent q̃ ide nullus fieret processus sed admitterentur ad compositōem super huiusmodi
criminibus cōfessatis. Et tunc a formatione dicti processus: ac alia inqsitione supsedere uo/
lumus: & iubemus. Sed dūtaxat uoluntarias cōfessiones talium delinquētium una cū eorꝫ
cōpositōibus sufficienter designatis ī dictis libris curiarum p dictos scribas designari: Exce/
ptis criminibus maioribus: & de: & super quibus compositōes admittēdi per statuta nostra
dictis bailiuis: & castellanis est interdicta facultas in quibus per diligentes inquisitiones: &
processus prout supra inquiri uolumus: & iubemus: pœna sexaginta solidorꝫ fortium baili/
uo uel castellano uiginti quinq; solidorum fortium scribæ circa premissa negligentibus pro
qualibet negligentia: & fisco nostro applicanda ipso iure imminente.

¶De processibus inquisitionalibus fiendis per scribas curiarum.

NE fuga puniendos surripiat præsenti declaramus statuto q̃ bailiui: & castellani no/
stri seu eorꝫ locatenentes possint: & eis liceat psonaliter capere: & incarcerari seu ca/
pi: & incarcerari facere: & mandare latrones publicos nocturnos: & diurnos uiarumq; insi/
diatores: ruffianos seu lenones manifestos mendicantes ualidos ocio continuo uacantes: lu
sores cum taxillis: & aliis prohibitis ad pecuniam cōtinue ludentes: Sediciosos q reperient
seditiones: rumores: & tumultus ī uillis: & locis cōmouere seu tumultuosas uices: & clamo/
res emittere contra quietem subditorum aut cōuenticulas monopolia seu cōsilia priuata cō/
tra publicam disciplinam facere uel eis interesse aut arma: & rixas: guerras insultus: aut of/
fensas publicas alicuius uel aliquorꝫ auctoritate ꝓpria mouere perpetrare uel disponere: ua
gantes: & discurrētes de nocte sine lumine patenti per ciuitates: loca & uillas cū armis: gla/
diis: plumbatis: uel aliis offensibilibus instrumentis. Extraneos: & ignotos stuphas lupana
ria: & cameras meretricum priuatarum assidue frequentantes: aut de exploratione patriæ
uehementer suspectos utpote ambulantes in habitibus heremitarum: & uitam heremiticā
non seruantes. Necnon seminantes publice uel occulte hæreses: & discordias: sectas: rebel/
liones: & falsas cōtra deum: & policiā honestam opiones: assasinos qui aliqbus famulant:

uel pecuniam accipiunt ad minandum. difidendum uerberandum. uulnerandum: offen/
dendum: & interdum interficiēdum aliquem uel aliquos alchimistas uel falsos monetarios
qui de alchimia aut falsæ monetæ fabrica publice: & notorie diffami aut suspecti ac etiā fal/
sa moneta scienter: & dolose utentes: Diuinatores quoq; hæreticos sortilegos: incantatores
mathematicos artibusq; scientiis: & libris nigromāticis: & aliis damnatis: & reprobatis utē
tes. Et generaliter omnes & singulas psonas utriusq; sexus notorie delinquentes: seu contra
quas cōtinget fieri denuntiationē: accusationem uel querellam de crimine enormi aut attro
ci: iniuria uerberis uulnerationis interfectionis: uiolentiæ: spoliationis: furti: rapinæ uxoris
filiæ sororis uel ancillæ aut bonorꝫ subtractorum ac alios enormes criminosos de fuga suspe/
ctos in fraganti crimine deprehensos. Cæteros autem de aliquo uel aliqbus criminibus uel
offensis ex qbus uel ꝓpter quæ pœna corporalis mortis: mutillationis membri: fustigationis
relegationis aut publicationis bonorꝫ non ueniret infligenda inculpatos ad denuntiationē
partis uel alias ex fama publica. ¶Dūmodo idonee cauere de iudicio sisti: & iudicatum sol
uendo uoluerint: & obtulerint prædictos bailiuos: & castellanos aut eorꝫ locatenentes ī suis
castellaniis īcarcerari: & īcarceratos retrudi uel detineri sine causæ cognitiōe uel nostro aut
alterius consiliorum nostrorum nobiscum: & chamberiaci residentium seu iudicum nostro/
rum ordinariorum speciali: & litteratorio mandato penitus inhibemus: Sub pœna uiginti
librarum fortium p quēlibet bailiuum seu castellanum aut eorꝫ locatenētem cōtrafaciētem:
& aliquem uel aliquos de supra exceptatis incarcerantem: & indebite carceribus detinētem
uel arrestātem committenda: & fisco nostro applicanda: ultra interesse: & expensas īcarce/
ratorum arrestorum seu detentorum contra formam huius nostri edicti: In qbus decerni/
mus huiusmodi præsumptores ipsis damna passis teneri: cuius quidem præsumptionis: &
prohibitionis contrafactæ conctis pateat libera accusatio seu denunciatio.

¶Quod pro debito pecuniario aut causa ciuili nullus arrestetur incarceretur nisi in casibus infrascriptis.

ABusionibus: & facilitati bailiuorꝫ: & castellanorum nostrorꝫ seu eorum locatenentiū
obuiare uolentes: statuimus q̃ nullus bailiuus: castellanus: seu locūtenens quēq; cu
iuscunq; status uel conditionis fuerit capere arrestare uel detinere præsumat aut capi arre/
stari uel detineri facere: & mandare ꝓ aliquo debito aut cā pecuniaria uel ciuili ad cuiuscūq;
personæ instantiam uel requestā ante causæ ipsius cognitionem: & rem iudicatā uel de re iu
diciali mandato in executionem rei iudicatæ: aut pro debito nostro fiscali: uel nisi excōmu/
nicatos ad monitionem seu requestam iudicum ecclesiasticorum: aut debitores aliquorꝫ fu/
gientes seu de fuga uerisimiliter suspectos ad requestā suorum creditorum tunc debite cauē
tium de omni idemnitate expensarum: & damnorum si iniuste tales debitores fecerint deti/
neri ipsis detentis prestanda: & seruanda: Sub pœna decem librarum fortium per quēlibet
bailiuum castellanum: & locūtenentem huius salubris edicti nostri transgressorem pro qua
libet trāsgressione cōmittenda. & fisco nostro applicanda ultra emendam damni iteresse in/
iuriæ: & expensarꝫ contra formam huius statuti detentorum. Ad quā emendam dicti statu/
ti ipsius nostri uiolatorē quēlibet decernimus obligari dāna passis prædictis prōpte faciēdā.

¶Hic ꝓhibentur pignorationes seu represaliæ: & gagiamenta quæ fieri so/
lent p quēdā abusum in aliqbus regiōibus nrīs ī ditione nostra: & ecce.

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА OHY
Hy. Ivanovi Bibliotheca Nikoba

ET si pignorationes quas uulgaris locutio represalias nominat in qbus alius pro alio prægrauatur tanq̃ graues: & naturali equitati contrariæ legibus diuinis: & humanis sint regulariter prohibitæ: quia tamen illæ magis & indistincte ꝓhibent̃ quæ cõtra illos exercentur contra quos ad superiore defectu iustitiæ facilis potest haberi recursus: q̃ quæ sine auctoritate & decreto superioris concedunt̃: & exercent̃ abusum quorundam castellanorum tam nostrorum q̃ subditorũ nostrorum cõtrarium damnantes: q contra subditos nostros tam mediatos q̃ ĩmediatos per uiam requestarum: & adragmamentorum de castellano ad castellanum: uel de castellano ad aliquem nobilem. Deinde pignorationum cõtra subditos castellaniarum: & homines nobilium non debitores obligatos uel astrictos procedere non formidant in grauẽ iacturã subditorum nostrorum diuinæ maiestatis offensam: & reipublicæ lesionem hoc edicto perpetuo prohibemus: inter & contra subditos nostros tã mediatos q̃ ĩmediatos uel eorum bona dictas requestas & pignorationes de cætero fieri uel cõcedi: Sub pœna per castellanum & alium officiarium cõtrafacientem ꝑ qualibet uice uiginti quinq; librarum fortium cõmittenda: & fisco nostro applicanda: Excepto contra subditos nostros terrarum belli loci treuosi castellarii: & amberiaci contra quos huiusmodi pignorationes exercere non uetamus: Si & q̃diu officiarii dictarum terraꝝ dictis pignoratõibus utẽtur. Inhibentes omnibus & singulis subditis nostris tam mediatis q̃ ĩmediatis: ne ꝑ aliquem curiarum nostrarũ uel subditorum nostrorum: & maxĩe dictarum terrarum belli loci treuosi castellarii & amberiaci aliquas pignorationes ꝑ modũ prædictum contra subditos nostros tam mediatos q̃ ĩmediatos fieri faciant uel procurent contra hoc nostrum edictum: Sub pœna pro quolibet: & qualibet uice contrarium faciente quinquaginta librarum fortium per contrafacientem committenda: & fisco nostro irremissibiliter applicanda.

¶ Incarceratio alicuius uel aliquorum debet statim per incarcerantes nunciari iudici uel ꝓcuratori fiscali loci.

CVm carcer non fuerit ĩtroductus ad pœnã sed ad custodiã statuimus q̃ bailiui & castellani nostri seu eoꝝ locatenentes q aliquem uel aliquos incarcerauerint seu incarcerari fecerint ac incarceratos tenebunt: statim huiusmodi incarcerationem denuncient iudici aut ꝓcuratori fiscali nostris illius iudicaturæ ĩ qua carcerati tenebunt̃. Si dicti iudex uel ꝓcurator in loco incarcerationis intersint: Si autem infra tres dies ipsam incarcerationẽ immediate sequentes una cum notificatione causæ seu casus pro qbus ipsi incarcerati uel incarceratus detinebunt̃: ut ipsi iudex: & ꝓcurator prouideant breuiter super examinatione detenti uel detentorum huiusmodi formationeq̃: & complemẽto ꝓcessuum inde fiendorum ut aut cõuictos uelox pœna subducat: aut liberandos custodia diuturna non maceret: Sub pœna decẽ solidoꝝ fortium ꝑ qualibet die qua cessauerint dicti bailiui castellani seu eoꝝ locũtenentes prædictas ĩcarceratiões & detẽtiones nũciare modo supradicto dictis iudici seu ꝓcuratori ꝑ illum q negligens fuerit cõmittenda: & fisco nostro sine remissione applicanda.

¶ Quod nullus captus uel detentus de mandato supioris relaxetur ꝑ bailiuum seu castellanũ nisi de eodẽ mãdato.

MT debitus honor ab inferioribus supioribus deferat̃: statuimus q̃ nullus bailiuus castellanus seu eoꝝ locũtenens aliquem uel aliquos captos seu arrestatos uel detentos de mandato nostro aut alterius cõsiliariorum nostroꝝ nobiscum uel chamberiaci residẽtiũ:

seu iudicum ordinariorum aut alioꝝ officiariorum nostrorum maiorum ad hoc potestatem habentium relaxare ab huiusmodi detentionibus seu arrestis: nisi de speciali mandato illius uel illoꝝ q captionem uel detentionem ipsam fieri mandauerint seu nro aut alterius dictorũ consiliorum nostrorum uel alioꝝ superioꝝ officiarioꝝ nostroꝝ: Sub pœna criminis pro quo alter relaxatus seu relaxati detenti fuerint per temerarie relaxantes: subicienda ipso facto.

¶ Quæ causæ possint per castellanos seu eoꝝ locatenentes audiri & terminari & quomodo.

90

NE dicti castellani seu eoꝝ locatenentes procedant per ignotã pro q̃ subditoꝝ nostroꝝ utilitate statuimus hoc edicto q̃ dicti castellani & locatenẽtes uidelicet quilibet ĩ territorio sibi commissæ castellaniæ audire possint: & debeant ac etiam decidere: & terminare causas ciuiles: & etiam pecuniarias breuiores seu modicas quæ sine scriptis: & ordinaria cognitione seu iudiciali indagine expediri poterunt coram ipsis: utputa causas salariorũ laboratorum: mercenarioꝝ: in excolendo uineas terras: falcãdo prata: metẽdo: uindemiãdo: & alias laborando: salariorũq̃: & causas breuiores ac modicas nutricum ancillarum famuloꝝ & alioꝝ seruitorum: agricolaꝝ: mecanicorum: uiduaꝝ: orphanorum: peregrinoꝝ: mercatorumq̃ extraneorum: & aliorum miserabilium ac modici status personaꝝ. Cũ & quãdo ipsi castellani: & locatenentes super huiusmodi causis breuioribus & modicis fuerint additi: & coram ipsis facta clama uel petitio summaria sine scriptis iuris solemnitate: & figura iudicii. Quas qdem causas breuiores & modicas causas breuiter: & sine scriptis frustratoriis dilationibus decidant ipsi castellani seu eoꝝ locatenentes per dilationem iuramenti ubi a parte parti deferretur uel referretur aut uel alias prout melius iuste & summarie fieri poterit. Debitores autem q debita sponte confitebuntur: uel qui alias per informationem summariam i causis minimis creditorum uel iuramentum delatum a parte parti reperiantur debere ad huiusmodi debita rationabiliter & uere obligati cogant & compellant cogere q̃ & compellere debeant & ualeãt ipsi castellani: & eoꝝ locatenentes ad soluendum & satisfaciendum suis creditoribus agentibus: & iustitiã petentibus: seu clamam aut querelam simplici uerbo facientibus de & supp pecunia sibi debita uel alia re mobili paruæ extimationis sibi subtracta uel detenta: citra tamen casum furti uel rapinæ per pœnaꝝ impositionem uel pignoꝝ leuationem seu captionem: uenditionem: & subastationem: dato prius termino competenti de cõsensu actoris ipsi reo: uel alias arbitrio castellani seu locũtenentis coram quo huiusmodi causa uertet̃ ad soluendũ ipsi actori secũdum debiti uel rei quantitatem ualorem: & personaꝝ qualitates. Ita tamen q̃ terminus ad soluẽdum spacium uiginti dieꝝ nõ excedat: prout æquibus fieri poterit & debebit: seruata in leuatione huiusmodi pignoꝝ ac impositione pœnaꝝ modestia: uidelicet q̃ pœna quantitatem debiti non excedat: sed sit minor pignus uero duplũ ipsius debiti nõ transcendat. ¶ Causas etiã coram dictis castellanis seu eoꝝ locatenentibus seu clamas: & querelas de & super terminatione possessionum: aratione terræ alienæ aut fossione uineæ falcatiõe alicuius partis prati: aut leuatione aliquoꝝ fructuum possessionũ alienarum: & ſimiles delatos audiant breuiterq̃ decidant & terminent uocatis & interpositis aliqbus probis uiris ex uicinis partiũ de huiusmodi terris: uineis: pratis & possessionibus ac eaꝝ terminis noticiam habentibus: parteſq̃ ipsas inde cõcordent ut melius fieri poterit terminos & limites iter possessiones partiũ nõ bene limitatas imponi faciendo ꝑ eosdem probos uiros uel alios partibus nõ suspectos cuilibet ipsaꝝ partium ius suum secũdum ueritatẽ quæ inde

HAYNOBA BIBLIOTEKA OHYNEHI IMENI KOBA

haberi poterit tribuendo sine scriptis. Vbi uero & qñ aliquæ causæ ciuiles pecuniariæ uel si/
miles etiam breuiores coram dictis castellanis uel eor locatenētibus defferanť: in qbus reus
debitum uel rem petitam sponte nō confitebitur nec cōsentiet decisioni ipsor castellanorum
uel locatenētium: sed petet remitti coram iudice ordinario loci: aut erūt adeo graues: & pon
derosæ q iudicialem requirent indaginem: & nō possint per ipsos castellanos seu eor locate
nentes sup ipsis pacificari partes ipsæ tunc ipsis casibus uel altero ipsor audientias & termi/
natiōes talium causarum eisdem castellanis: & eor locatenentibus penitus īterdicimus hoc
edicto: Sed ipsas partes una cum causis prædictis coram iudicibus ordinariis locorum p eos/
dem castellanos: seu locatenentes remitti: & ad certam diem nō feriatam protinus assignari
iubemus ad ipsas causas coram iudicibus ipsis prosequendas: & per eos diffiniendas: q̄ bre/
uius salua iustitia fieri poterit. ¶ Si quis uero castellanus uel locutenens in remissione huius
modi causar & personar contra formā huius edicti nostri negligētem uel remissum se exhi/
buerit: uel partes coram se litigare cōpulerit post petitiōem dictæ remissionis pœnam uigin/
ti librarum fortium p qualibet huiusmodi negligentia ipso iure īcurrat fisco nro applicada.

¶ De sequestrationibus saisiuis seu bannis non fiendis nisi ī certis casibus.

Sequestrationes iure cōmuni phibitas omnibus: & singulis bailiuis castellanis: & eo
rum locatenentibus psalteriisq; seruiētibusq; generalibus mistralibus: & aliis officia
riis nrī hoc edicto perpetuo inhibemus: ne qs eor aliquas sequestrationes: saisiuas seu barra
tiones de iure phibitas utsupra: aut ad manus nras uel alterius curiar nrarum appositionē
seu reductionē facere uel fieri mandare psumant de aliqbus bonis seu rebus mobilibus: uel
īmobilibus ad cuiuscūq; personæ reqsitionē uel sine reqsitione de iure autem non phibitas:
ueluti quando iter aliquos disceptat de possessione alicuius rei immobilis: & de colligendis
fructibus ex illa in messibus uel uindemiis ac aliis temporibus colligendor fructuum & ipsi
cōtendētes uel eor alter faciunt præpararationes ad arma uel alias ad opera facti pro ipsis fru/
ctibus uiolenter colligendis: Quo casu dictis castellanis: & cæteris officiariis nrīs permitti/
mus huiusmodi fructus ipsāq; rem īmobilē de cuius possessione cōtenditur sequestrari se isi
ri: & ad manus nras seu curiæ nostræ reduci ipsos fructus sub eisdem manibus p aliquē uel
aliquos probos uiros partibus nō suspectos sine quacunq; diminutiōe recolligi: & cōseruari
faciēdo ad opus ius habentis donec fuerit cognitum per iudicem ordinarium loci de iuribus
partium ne pereant ipsi fructus: Iubentes dicto casu q eisdem partibus omnem rixam: om/
nemq; uiam facti sub pœnis formidabilibus interdicant: & si necesse fuerit ui armata impe/
diant uel auferant: necnon ipsas partes coram iudice ordinario prædicto: eo tunc ad certam
diem breuem citent & assignent de iuribus suis dicturas: & ordinationem ipsius iudicis au/
dituras. ¶ Secundo quando inter aliquos uertitur contentio de aliqua uel aliquibus rebus
mobilibus: & ille penes quem huiusmodi res cōsistunt erit suspectus de fuga uel occultatio/
ne trāslatione: aut alienatōe ipsius uel ipsarum rerum: de qbus contenditur: tunc p ipsos ca/
stellanos aut cæteros officiarios nostros super hoc debite reqsitos sequestratiōes: saisiuæ bar
rationes aut ad manus nostras reductiones ipsius: uel ipsarum rerum contentiosarum fieri
poterunt: & debebunt. Et in aliis casibus de iure permissis fieri non prohibemus: Ita tamen
q per aliquam sequestrationem manus nostræ appositionem uel saisiuam agricultura reco/
lectio fructuum non impediatur: Et quod cautōe præstita de stādo iuri & iudicatū soluēdo

tollantur: & semel remota pro eadem causa non reducantur seu reiterentur sequestrationes
saisiuæ: seu manus appositōes prædictæ. Si quis autem dictor castellanorum: seu aliorum
officiariorum nostrorū: sequestrationes saisiuas barratōnes: seu ad manus nostras uel curiæ
nostræ reductiōes fecerit de aliquibus bonis mobilibus: & immobilibus: præter q̄ in dictis ca
sibus uel eor altero aut sine causæ cognitiōe: aut iudiciali mandato præcedentibus: aut per
eos agriculturam uel recolectionem fructuum impedirent pœnam centum solidor fortium
pro qualibet uice ipso facto se nouerit incursurum fisco nostro irremissibiliter applicanda.

¶ Nullus cogatur ad denunciandum uel clamam faciendum contra offen/
sores: & inde nullo modo molestetur. 92

Vm nullus cogi debeat ad agendum hoc edicto perpetuo phibemus omnibus & sin
gulis bailiuis: castellanis & cæteris officiariis nrīs ne quēquam cogere præsumant ad
denunciationem uel clamam faciendum cōtra aliquē uel aliquos iniuriatores uel offensores
suos: nec talem seu tales q denūciare offensam iniuriā uel dānum sibi illatas: uel inde clamā
facere noluerit occasione sumpta q ius nostrum celauerit: seu quouis alio quæsito colore mo
lestare: Sub pœna uigīti quinq; solidor fortium per cōtrafaciētem committenda & fisco nrō
applicanda.

¶ De reparatione & manutentione uiarum. 92

Inter onera officio castellanor incombēria præfatis bailiuis: castellanis seu eor loca/
tenētibus sollicitudinem habere decernimus: & mandamus circa uias seu stratas pu
blicas bene & decēter manutenendas: & ubi & quotiens reparatione egebunt debite repa/
randas. Ad quor excusatiōem: statuimus & iubemus q dicti bailiui & castellani seu locūte/
nentes bis ī quolibet anno uidelicet ī principio mensium marcii: & septembris uocatis perso/
nis possessiōes contiguas uel ppinquas ipsis uiis habentibus: & aliis quar interesse poterit:
uisitent: & uisitare teneanť uias seu stratas publicas castellaniar sibi commissar etiam non
expectata denunciatōe alicuius uel aliquor. Et si p uisitationē huiusmodi repiant ipsas uias
aut ear aliquam spinis: dumis: paludibus: & fossalibus: clausuris uel alias occupatas uel re
strictas: aut alias reparatiōe egentes illas iubeant: & faciāt repari: & ad debitum statū repo
ni p illos q habēt possessiones ipsis uiis cōtiguas: ac etiā remotas si opus sit p iniunctiones eis
fiendas: Sub pœna pro qualibet cui fieret talis iniunctio quattuor solidor fortium nō exce/
dente: datis terminis cōpetentibus illis qbus fient huiusmodi iniunctiones ad ipsas repara/
tiones faciendas & modis qbus debebunt ipse uiæ reparari. ¶ In his autem reparationibus
iniungendis prouideant dicti bailiui: castellani: seu eor locatenentes dictas uias uisitantes:
q quælibet ipsarum uiar publicarum habeat debitam latitudinem sine omni occupamēto:
uidelicet octo pedum ī rectitudine: & sedecim pedum ī anfracto seu in reflexo ipsar uiarū.
¶ Et ut pœnar prædictarum formitudine hi qbus fient iniunctiones supradictæ ad repara/
tiones ipsarum uiarum facilius arceantur omnes: & singulas iniunctiones huiusmodi: una
cum designationibus specialibus personarum quibus fient ac oneribus cuilibet earum impo
sitis modisq; reparatiōum terminis ad reparandum præfixis: & pœnis cuilibet impositis iu/
bemus per scribas curiarum dictarum castellaniarum: qui in prædictis uisitatiōibus adesse
debeant in libris ipsarum curiarum diligenter registrari. ¶ Si quæ uero ex dictis personis
quibus fuerint factæ dictæ iniunctiones: iniuncta sibi non adimpleuerint infra terminos

HAYKOVA DIGITÁLNÍ KNIHOVNA OHYBNÝ MAPY KOBA

ad hoc eis datos uel præfixos: nolumus propter hoc ipsas psonas negligentes p dictos castel/lanos seu eorũ locatenentes inqetari uel molestari quoquomodo per processus inqsitionales arrestationes uel detentiões personarũ nisi dũtaxat p pœnarum eis impositarũ exactionem: poterit tamen ipsis negligentibus pœna tunc duplicari ad cõplendũ infra alios terminos si/bi præfigendos q obmiserint seu neglexerint. ¶De his autem uiis seu semitis uicinalibus: & nõ publicis dictos bailiuos castellanos seu eorum locatenentes omnino uetamus se immisce re nisi ad clamam seu denunciatiõem personarũ quarum intererit: Et tunc fiant p ipsos offi/ciarios debitæ reparationes iuxtà compertam inde ueritatem uel concordiæ inter partes: Pœ na decem solidorum fortium cuilibet bailiuorum: castellanorum seu eorum locatenentium negligenti in præmissis pro qualibet negligentia irremissibiliter imminente.

¶De refectione & manutentione pontium. 93

Pontes in locis necessariis: & cõsuetis in statu decenti manuteneri: Et quotiens refe/ctione seu reparatione egebunt refici & reparari per cõmunitates locorum: aut perso nas priuatas quarum oneri ipsorum pontium manutentio: & refectio incombent: Iubemus omnibus: & singulis bailiuis castellanis nris: seu eor locatenentibus cõmittentes: & mãdan tes hoc edicto quatenus ad debitam manutentionem refectionem & reparatõem ipsor pon tium ĩ locis castellaniarum sibi cõmissarum consistentium: & consuetor: tam uniuersitates ipsor locor: q̃ personas: ad quarum onera ipsor pontium manutentiones refectiones: seu re parationes incombere dignoscent: uocatis sindicis: & proborum & antiquor uiror ipsorum locorum multitudine: quorum testimonio de oneribus ipsorum pontium cui uel quibus im mineant diligenter se informent: uiriliter cogant & compellant per iniunctiones cum præfi/xionibus terminor congruor his quibus huiusmodi onera pertinebunt faciendis: Sub pœ/na per dictos bailiuos castellanos seu eorum locatenentes iuxta personarum & negociorum qualitates arbitrandis. Q uas quidem iniunctiones cum specialibus designatiõibus uniuer sitatum seu personarum quibus fient: necnon refectionem seu reparationem fiendarum mo dorum & terminorum præfixorum: ac pœnarum impositarum per scribas curiarum castel/laniarum in quibus ipsas iniunctiones fieri contigerit: qui tunc ibidem personaliter cũ bai/liuis castellanis seu eorum locatenentibus præmissas iniunctiões facientibus adesse tenean/tur in libris ipsarum curiarum: præcipimus hoc edicto diligenter ministrari. Vbi uero dicti bailiui: castellani: seu eorum locatenentes reperient aliquos pontes eorũq manutentionem & refectionem oneri nostro in totum uel in partem incombere ipsos pontes uice nostra ma/nuteneant: construant & reparent expensis nostris pro parte oneris nobis incõbentis. Q uas quidem expensas rite: & sine dolo factas præcipimus per præsidentem: magistros & audito/res computorum nostrorum eisdem bailiuis: castellanis seu eor locatenẽtibus prædictas re/parationes: seu refectiones facientibus ĩ eorum computis debite allocari. Et si forsan huius/modi reparationes seu refectiones pontium nostrorum essent minus uel satis sumptuose ad ipsas faciendas pcedere non præsumant dicti bailiui: castellani seu eorum locatenẽtes: sine nostra uel dictorum præsidentis magistrorum: & auditorum nostrorum computorum deli/beratione præcedente pœna sexaginta solidorum fortium cuilibet dictorum officiariorũ no strorum cuius negligentia uel culpa dictorum pontium manutentio refectio: seu reparatio necessaria remanebit inexpleta ipso iure imminente fisco nostro applicanda.

¶Q uod bailiui castellani: aut alii officiarii bona ecclesiar: & ecclesiasticorum defunctor non inuadant nec guardiis se ingerant: nisi in certis casibus.

Via pluralitas officioꝝ ad idem concurrentium & maxime inqſitoꝝ: ſubditiſq; plurium oneroſaq;: & fiſco nr̃o inutilis eſt & damnoſa in diminutione formaꝝ & penſionum officioꝝ ſcribaꝝ ſeu notarioꝝ curiarum noſtrarum bailiuoꝝ: & caſtellanorum nr̃orum ad quos ſpectat: & eorum principaliter intereſt de omnibus: & ſingulis delictis: & offenſis caſtellanis in qbus ſunt deputati ad ipſum officium ſcribaniæ ꝑpetratis ſeu cõmiſſis inqrere & ꝓceſſus inqſitionales facere iuxta ſtatutoꝝ nr̃oꝝ circa ipſum officium edictoꝝ decreta decernimus hoc edicto ꝑpetuo quoſcũq; commiſſarios generales ad inquirendũ de delictis uel offenſis: nullatenus ꝑ nos fore conſtituendos oẽs: & ſingulos huiuſmodi cõmiſſarios generales ad inqrendum: ut præfertur per nos hactenus per lr̃as nr̃as uel alias ſub quacunq; forma conſtitutos ab ipſis commiſſionibus: & cum poteſtate: & officio inqrendi hoc eodem edicto expreſſe reuocantes: & eis uſum dicti officii generalis inqſitionis ac eoꝝ qlibet prohibentes: Sub pœna uiginti librarꝝ fortium per eoꝝ quelibet contrafacientem cõmittenda: & fiſco nr̃o applicanda: Omneſq; & ſingulas cõmiſſiones generales huiuſmodi eis factas caſſantes: & irritantes. Per hoc tamen non intendimus prohibere ſeu diſponere quin tam per nos: q̃ conſilia & iudices noſtros poſſint & debeant deputari commiſſarii ſpeciales de noſtris conſiliariis: ſecretariis: procuratoribus fiſcalibus: & aliis uiris idoneis ad inquirendum de delictis offenſis: & exceſſibus ſpecialibus: & aliis pro iuſtitia miniſtranda debite inquirendis tam ĩ criminalibus: q̃ in ciuilibus quotiens nobis: & dictis cõſiliariis: & iudicibus noſtris uiſum fuerit expedire.

¶De aduocatis ad cauſas patrocinandas.
¶De qualitate & iuramento aduocatorum. 120

Aduocatos ſeu patronos cauſarꝝ eſſe oportet: & admitti eſſe uolumus: & iubemus in curiis nr̃is uiros ætate moribus: & iuris peritia: & ab omni tergiuerſatione & ĩtrincatione cauſarꝝ. Notaq; infamiæ alienos quos: & eoꝝ quemlibet in eoꝝ admiſſione aſtringi uolumus iuramẽto de iure cõmuni ſcripto ꝑ eos præſtari determinato: uidelicet ꝓ quiſq; eorũdam aduocatorum in patrocinio cauſarum: per eum conſultandarum omne illud quod iuſtum: & uerum eſſe extimauerit conſulet clientulis ſuis: & cum cognouerit cauſam improbam: uel pœnitus deſpatã: & ex mẽdacibus ꝓpoſitionibus: & allegatõibus ſeu exceptõibus

compoſitam ex mala conſcientia illam ex tunc non patrocinabitur: Et ſi lite pendente aliqd tale cognouerit ab inicio non cognitũ: & litem non eſſe iuſtam a cõmunione & patrocinio illius penitus ſe ſeperabit: & ſe ſubſcribere eos iubemus pro ſe non pro aliis proprio ſuo ſigno manuali in ſingulis ſuis dictaminibus: & nõ in alienis in qbus nõ erunt aduocati: ita ꝓ certum ſit q illa dictauerit: & ſciatur ĩ qualibet cã quis uel qui aduocatus uel aduocati ſint: Exceptis ſupplicatõibus ſimplicis querelæ quæ ẽt per non iuriſtas fieri poſſunt in qbus non erit petitio formalis ſup qua ſentẽtia dici poſſit: niſi in ſupplicationibus q̃ in audientia noſtra ꝓducentur: quas ſignari uolumus: & iubemus: Sub pœna decem librarum fortium per quẽlibet contrafacientem pro qualibet uice committenda: & fiſco noſtro applicanda.

¶De datione & diſtributione aduocatorum parti non habenti facienda.
121

Si quæ partium litigantium in aliqua curiarũ conſiliorum ſeu iudicũ noſtroꝝ aduocatos ſeu aduocatũ in cauſa ſua ſe recipere uel habere nõ poſſe ſeu potuiſſe aſſeruit ꝓpter aduocatorũ excuſationem ſeu refutationem aut partis aduerſæ ſubtractionem ſeu retẽtionem ipſoꝝ aduocatorũ: Et ꝓpterea aduocatum ſeu aduocatos ſibi dari per curiam in qua litigat implorabit: hoc edicto ſtatuimus: ꝓ ſi per excuſationem ſimplicem ſiue ſubtractionẽ partis aduerſæ ipſoꝝ aduocatoꝝ defuerit ſibi petenti aduocatum: tunc ꝑ conſilium noſtrum nobiſcum uel chamberiaci reſidens ſeu iudicem nr̃m in cuius curia huiuſmodi lis pendebit dictæ parti petenti aduocatũ ſeu aduocatos ſibi dari ꝓuideat̃ de aduocato ſeu aduocatis ſufficientibus: & idoneis ſub ſalario competenti: q contra quãcunq; ſeu quaſcunq; ꝑſonas cauſam ſuam moueat uel defendat ẽt contra nos: & fiſcum noſtrum. Sic ꝓ ex aduocati ſeu aduocatorum defectu cã ſua non pereat. Si uero ꝓpter ſubtractionem ſeu retentionem aduocatorum ꝑ partem aduerſam ultra duos uel tres aduocatos de pluribus notabilioribuſq; aduocatis in motu litis uel poſt factam aduocati uel aduocatoꝝ copiam dictæ parti petenti defuerit: tunc in ipſo caſu fieri uolumus & iubemus. iuxta diſpoſitionem iuris ꝑ alterũ cõſiliorum aut iudicũ noſtroꝝ corã quo cauſa huiuſmodi mota fuerit: & pendebit inter ipſas partes litigantes debitam diſtributionẽ ipſoꝝ aduocatorum eoſdem aduocatos quantũ fieri poterit pacificando: ita ꝓ una partium nõ habeat peritiſſimos: & alia nudos. In hac autem diſtributiõe & datione aduocatoꝝ excuſationem ſeu refutationem ipſoꝝ aduocatorũ allegantium cognationem ſeu cõſanguinitatem partis aduerſæ niſi attingat infra quartum gradum uel eãdem profeſſionem in iure habere cum ipſa parte aduerſa pecunias ꝑ ipſa aduocatiõe in eadem cã recepiſſe: niſi fuerint principales aduocati uel ꝓcuratores ipſius cauſæ: hoc edicto decernimus nõ eſſe admittendã: Sed ipſos tales aduocatos diſtributiõi & dationi iudiciali omnino parere debere & teneri reſtitutioni pecuniæ ſi quæ recepta fuerit a ꝑte aduerſa per quẽq̃ dictorum aduocatoꝝ diſtributorum ſeu datorum prius facta ipſi parti a qua receperit. Si uero ꝓpter iuſtas excuſatões ſeu refutatões dictorum aduocatorum aut alias diſtributio æqua & debita aduocati ſeu aduocatorũ datio ꝓpti petenti fieri nõ poſſit: tunc ꝑ alterũ cõſiliorum aut iudicũ noſtroꝝ coram quo ipſa lis pendebit eidẽ parti petenti in defectu aliorum aduocatorum ꝓuideatur & ꝓuideri iubemus de uno idoneo aduocato ex collateralibus ſeu cõſiliariis noſtris iuris peritis aut aliis iudicibus noſtris: ſeu noſtro aduocato generali fiſcali ꝓut cõſilio uel iudici noſtro corã quo litigabit̃ melius uiſum fuerit. Qui qdem aduocatus ſic datus parti petenti cauſam ipſius ꝓtis iuſte fouere & patrocinari ſeruatis clauſulis

HAYLOBRA BIBLIOTHECA OCHYMIKOBA

iuramenti per ipsum aduocatum tunc præstandi prout est statutum diligenter sub cōpetēti salario teneat: Sub pœna sexaginta solidorum fortium per ptē indebite impediētē: distributionem seu dationē æquam dictorū aduocatorū: necnō per quēlibet aduocatū distributū seu datū iustam excusationē cōtrariā non habētem omnis aduocationis seu patrocinii causæ ad quā cōsultandā status uel distributus fuerit assumere recusantem & p iudicē seu magistrū huiusmodi distributionem seu dationem iuste ꝓut supra facere negligentē cōmittenda: & fisco nostro applicāda: Prohibitione statutorū nostrorū collateralibus utriusq; cōsilii nostri de non aduocando seu patrocinādo in causis supra facta i casu huius edicti nostri nō obstāte:

¶Aduocati durante lite nō debent pacisci cum suis clientulis de quota parte litis aut alium cōtractum inire. 122

VT sine fraude & ambitionis respectu causas quas patrocinandas assumpserint patrocinari ualeant omnibus & singulis aduocatis hoc edicto ꝓhibemus: ne cum psonis in quarum causis aduocationis: officium exercebunt quemcūq; cōtractum uenditionis: donationis permutationis ac alium seu pactum de quota litis seu rei litigiosæ huiusmodi causas pendentibus inire præsumant: Sub pœna dupli eius quod sic acquisierit fisco nostro applicanda: & per quēcunq; aduocatum contrafacientem committēda ultra restitutionem rei uel rerum acquisitarum siue clientulis in integrum faciendam.

¶Quod in iudiciis non admittant dictamina aduocatorum uana superflua: & ad merita causarū non facientia. 123

VT propter aduocatorum quorūdam impericiā uel ēt maliciā lites ultra debitum non ꝓtelent boc edicto iubemus cōsiliis nostris nobiscum & chāberiaci residētibus: necnō omnibus & singulis iudicibus ordinariis nostris & delegatis ac aliis magistratibus causarum cognitōem exercētibus: ne cedulas scripta seu dictamina quorūcunq; aduocatorum in auditoriis causarū ipsorum cōsiliorum iudicum magistratuum nostrorū aut alterius eorūdē per quascūq; psonas: seu ptes ꝓductas & ꝓducta in qbus huiusmodi iudicātes uidebunt cōtineri friuolas exceptiōes: oppositiones: ꝓpositiones: responsiones seu allegatōes uarias: aut alia quæcunq; superflua & manifeste frustratoria: dilatoria: uaga: inutilia: impertinētia: & ad merita & iustificatōes causarū non facientes seu facientia: & quas ptes quarum sunt aduocati eis non pdixerint potius ad diferendum causas & lites q̄ ad iustitiam & merita ipsarū causarum & ueritatem ipsorū negociorū scienter & dolose ꝓductas tam in agēdo q̄ in defendendo in audientiis causarū coram eis uel eorum altero pendentium admittere pſumāt: sed eas & ea repellant respuant & lacerent seu faciāt lacerari. Et ut tales inutiles & frustratoriæ cedulæ seu dictamina & cōparitiones statim cognosci ualeāt: & deinde repelli & lacerari ut statutū est omnes huiusmodi cedulas si cōmode fieri possit uel saltem earū effectum & puncta inutilitatis uolumus & iubemus legi corā iudicātibus p notarios causarū in quibus ꝓducent. Et simili modo positiones & articulos in causarū & curiarum prædictorū auditoriis ꝓductas: & ꝓductos nihil faciētes ad merita ipsarū causarum aliud non cōtinētes: nisi ea quæ iam inter partes litigātes acta & gesta fuerint in iudicio ipsarum causarum: & quæ ex actibus & ꝓcessibus ipsarum causarū iam factis & ꝓductis apparent & probent ac sunt notoria iudicibus nisi forsan ꝓducant tantūmodo ad cōmendationē memoriæ: & non ad pbādum in iudiciis prædictis admitti per iudicātes ꝓhibemus: Sed potius eas & eos repelli & lacerari

iubemus ꝓut de aliis scripturis & cedulis friuolis est statutum. Et ut tam aduocati q̄ partes litigātes a ꝓductione talium friuolarum scripturarū saltem pœnarum formidine cōpescant aduocatos q huiusmodi uanas cedulas dictamina positionesq; articulos frustratoria fecerint: & que postmodum iuxta hoc nostrum edictum repulsæ: & repulsi fuerint pœnam periurii & priuationis omnis aduocationis per unum ānum a die repulsionis taliū scripturarū numerduām eo ipso īcurrere decernimus & uolumus ultra notam infamiæ q̄ ex inde cōtrahere perhibeant per dictum tempus duraturā. Partes uero seu personas ꝓducentes tales uanas scripturas & repulsas in expensis partium aduersarum rōne retardationis ꝓcessuū huiusmodi soluēdis fore cōdemnādas una cū pœna uiginti solidorū fortium p quēlibet talia uana ꝓducentē ꝓ qualibet ꝓductione cōmittenda: & fisco nostro applicanda: si iudici uideat ꝓtē ꝓducētē talia sciēter & maliciose uel dolose cā frustandæ litis ꝓduxisse uel cōtradixisse.

¶Quod aduocati dum aduocabunt personaliter in præsentia iudicantium non sedeant sed stent recti & reuerentes. 124

VT honor debitus magistratibus & iudicibus ꝓut ī iure cautum est exhibeat hoc edicto statuimus q̄ oēs & singuli aduocati dum in præsentia ipsorū iudicātium ꝓ tribunali seu in bācho tribunalis sedentiū officium aduocationis propriis oraculis seu scripturarū ꝓductionibus exercebunt sedere non pſumant: Sed cum reuerētia & uerborum modestia stent ibidē quantūcūq; peritiæ seu preheminētiæ gradus ipsos aduocatos cōtingat iteresse.

¶De iudiciis & causarum cognitionibus: q̄ in cognitione causarum procedat summarie simpliciter & de plano. 125

DIspendiis subditorum quæ plerunq; ex causarū & litium ꝓtellatione & subtili iudiciorum ordinis obseruatione cōtingunt ꝓuidere cupientes ut lites abreuient: statuimus hoc edicto q̄ in oibus litibus & causis ciuilibus & pecuniariis inter quoscūq; & qualescunq; & quantæcunq; in curiis seu auditoriis consiliorū nostrorum nobiscum: & chamberiaci residentium ac iudicum nostrorum ordinariorum & delegatorum quorūcunq; deuolutæ ꝓcedant & ꝓcedere debeant auditores & iudices earum in ipsarum causarum decisione ac cognitione summarie simpliciter & de plano sine iudicii strepitu & figura: sed sola facti ueritate inspecta ordinis iudiciarii & subtili obseruatione ciuili pmissa & non seruata. Si tamen in præmissis casibus & causis solemnis ordo iudiciarius in toto uel in parte non cōtradicētibus partibus litigantibus obseruetur non erit ꝓcessus ꝓpter hoc irritus nec irritandus.

¶De terminis instantiarum in cognitione causarum seruandis. 126

AD causarum ciuilium abreuiationem ne fiant pene īmortales tempus instantiarum primarum ipsarum causarū ad ꝓfectum subditorum moderantes hoc edicto statuimus & decernimus in causis ciuilibus extra curiam consilii nostri nobiscum residentis motis & mouendis ac tractandis terminum instantiæ esse unius anni & mensis unius ꝓ actis usitandis a die traditæ uel factæ petitionis eius super quo cā mota fuerit numerādum ultra quē ipsarum causarū instātiam prorogari seu extendi prohibemus: nisi forsan ī arduis auditores seu iudices ipsarum causarum huiusmodi instantiā ex iusta cā decreuerint ultra dictum tēpus ꝓtellandum: quo casu ipsam instantiā ultra sex menses dictū ānum īmediate sequētes:

HAYIOPAI BIBLIOTHKA OHYMELI I MEDIKOBA

& unum mensem ꝓ uisitandis actis prorogari ꝓhibemus: Sub pœnis iudicibus causas ultra debitū terminū ꝓthellantibus a iure inflictis per quēcunq; nostri præsentis edicti transgressorem substinendis. Ordinantes q; ipsæ ꝑtes litigantes tam actores q̄ rei teneant & debeant intentionem suam & cām iustificasse & acta sua portare & tradere ius dicere debenti infra annum: & si fuerit ꝓrogatum ut supra infra terminū prorogationis mense de quo supra ius dicere debenti pro actis uisitandis sententia dictanda & proferenda. Saluo remanente: ita ut super actis portantis altera tantū parte acta sua tradente ius dici debeat atq; possit & diffinitiua proferri sententia: Quem terminum instatiæ causar; ipsi instantiæ præfigimus partibus tamē coram ipso primo iudice litigantibus: seu in lite & cā ꝓcedentibus: Non intēdentes si coram alio iudice litigarent ipsæ partes: Et hoc ideo uel alias a litigādo coram ipso primo iudice ipsæ partes supersederent uel desisterent uel alias ut supra ipsæ ꝑtes cessarent a litigando finibus dicti anni & mensis ꝑ nos ut supra instantiæ præfiniti nullatenus limitari: Sed omnino intendimus dicto tempore cursum instantiæ non currere: Decernentes etiā ut quicqd post dictum terminum ut supra statutum completum fuerit in iudiciis agitatum: illud esse omnino irritum & inane: Actis tamen infra dictum terminum inter partes agitatis remanentibus ualidis ut si ipsæ partes uel altera ipsar; decreuerint cām in nouā instātiā reassumere illam reassumere possint & ualeant actis ꝑdictis in tempore primæ instātiæ agitatis semper fidem facientibus: Expensas autem litis infra dictū terminū instantiæ non decisæ solui uolumus ꝑ ꝑtem per quā steterit: quo minus infra terminum cā dictæ instantiæ diffinitiue fuerit terminata alteri ꝑti diffinitiuā petenti. In causis autem tam primarū instātiarum q̄ appellationum uel supplicationum corā consilio nostro nobiscum residente uertentes uel etiā uentillantes in posterū tēpus instantiar; ꝑ hæc nostra statuta præfixū currere nolumus.

¶ Nulli litigantium liceat post litem cōtestatam iudicem suspectum dicere uel recusarē; ex noua causa superueniente. 127

Vm post litem cōtestatam & cœptum iudicium iuxta iuris dispositionem: nō liceat iudicem suspectum dicere uel recusare: ne lites in infinitum extendant iuris uestigia sequentes statuimus hoc edicto alterum ex litigātibus in medio litis uel post litem contestatam seu cœptum iudicium iudicem simul suspectum allegātem non audiri: nisi ex causa iusta noua ꝓbabili superueniente: Sed si quis ipsor; litigantium iudicem suspectum dicere & recusare uoluerit in litis exordio ante litem cōtestatā hoc ꝓponat & suspitionis causas declarat. Quo qdem iudice suspecto comprobato & recusato: arbitros per partes secundum iuris dispōnem ad causæ decisionem eligi & assumi iubemus. Quicunq; uero post litem contestatam: & cœptum iudicium iudicem suspectum allegans cā litis ꝓthelande: aut frustrandi iudicii recusauerit sine cā noua iusta & ꝓbabili supueniente quā ꝓbare teneat pœnam sexaginta solidorum fortium eo ipso incurrat fisco nostro applicandam.

¶ In litis exordio petitio debet fieri uerbo uel in scriptis & in actis causæ inseri: deinde litis contestatio. 128

Voniam iuxta petitionis formam sentētia iudicis est ꝓferenda: statuimus in ipso litis exordio petitionem fieri ab actore uerbo uel in scriptis & in actis causæ inseri: ut super quibus positiones & articuli formari debeant possit haberi per iudicem plenior certitudo & clarior fiat causæ decisio & diffinitio: Quāquam in causis summariis ubi sine figura & strepitu iudicii ꝓcedit: nec libellus necessario exigat nec litis contestatio formalis requirat. Qua quidem petitione uerbo uel in scriptis facta: & in actis causæ inserta & secuta rei ad

petita contradictione seu oppositōe alia q̄ dilatoria qua in ingressu litis esset opposita litem contestatam fore decernimus: adeo ut uocato reo & data petitione actoris uerbo uel in scriptis: & ipso reo non confitente intentionē actoris: possit & debeat iudex ꝓcedere ad testium ꝓductionem & examinationem instr̄or; exhibitionem: & inde ad diffinitiuam sententiam partibus tamen ad plenum in suis iuribus auditis cum partium assertione iura pandātur & causarum merita dignoscant.

¶ Iudices debeāt intēdere ad abreuiationē causar; dilatiōes & subterfugia repellēdo. 129

STudeant & intendere uolumus & iubemus iudices ad abreuiādum causas & lites quātum fieri poterit: iustitia non offensa considerent petitiones in litis exordio ut in de debite ꝓcedant: amputent dilationum diffugia: frustratorias exceptiōes partiumq; aduocatorum ꝓcuratorum inutiles præpositiones: cōtentiones & uana iurgia repellant: testiū superfluam multitudinem moderent. Et de his que cognouerint secundum ueritatem & iustitiam breuiter ꝓnunciare non differant: non tamen utendo in decisione causar; ipsar; tanta breuitate quin ꝓbatiōes & defensiones ꝑtium legittimæ & necessariæ ꝑ ipsos iudices admittant. Si quis autem uel si qui iudicum nostror; quarūcunq; curiarum nostrar; propter amorem uel odium timorem uel turpis lucri preciū: aut alias malicioſe litem uel lites utraq; parte litem peragere cupiente prothelare ultra tempora instantiæ superius diffinita presumpserit seu ꝑsumpserint pœnam uiginti quinq; librarum fortium pro qualibet huius edicti transgressione quilibet eorum se nouerit eo ipso incursurum fisco nostro applicandam. Pari pœna hoc edicto plectentes & deplectendos esse decernentes quēlibet litigantem qui time re per uias & exceptiones uarie & malicioſe exquisitas litem sataget aut instabit ꝓgare: ne suo marte debito decurrat & infra dicta tempora instantiæ terminet: Aduocatis de hoc culpabilibus pœnis in suo titulo in hoc casu iam inflictis irremissibiliter puniendis.

¶ Quæ causæ qualiterq; & quādo debeant decidi & terminari per delationem iuramenti. 130

VReiurando cās & lites decidi & terminari statuimus q̄ alter litigātiū uel reus de & super debito petito quod proponet inter ipsos litigantes fuisse contractum non per suos aut alterius eorum ꝑdecessores: ita q; ipsi litigantes nō habeant aliquam ignorātiam facti cām alteri in iudicio iuramētum detulerit sic uidelicet q; si actor deferat iuramētum reo dicens q; sup ipso debito uult stare iuramento ipsius rei: reus iuret uel referat iuramentum actori tunc ipsa cā per huiusmodi iuramentum terminet omni dilatione & ulteriori lite cessante. Et contra si reus super solutione quitatione compensatione pacto de non petendo aut alia exceptione ex contractu uel facto inter ipsos litigantes habito precedēte ꝑ ipsum reum allegatis de quo non possit actor ignorantiæ cām ꝑtendere: ipsum actorem si ꝓbata fuerit repellente iuramentum actori deferat: dicens q; uult stare iuramento ipsius actoris: tunc ēt actor iurare debeat uel iuramētum reo deferat: & sic cā iureiurando ēt decidat. Vel alias si reus super petitione actoris sicut aliquādo cōtingit qua ipse reus negauerit nō ꝓponēdo exceptōem aliā actori deferat iuramētū dicēs se uelle stare sup ipa petitōe iuramēto ipsius actoris: Tūc si actor recusauerit iurare iubemus reū absolui ab ipsa petitōe actoris: & eundem actorē ī expēsis dicti rei quas occasiōe illius causæ fecerint cōdēnari huiusmodi cās sic decidi & termīari uolētes & iubemus in oibus curiis nr̄is: sub pœna centū solidor; fortium ꝑ quēlibet iudicū nostror; cōtrafaciētē totiēs quotiēs cōtrafecerit cōmittēda & fisco nr̄o applicāda.

HAYKOVA DIELOTEKA OHY IMENI M. HRUŠEVSKOHO

¶Causæ rusticorum uiduarū: pupillorum: peregrinorū: pauperꝫ & similiū personaꝫ miserabilium terminentur sine solēnitate & sine scriptis. 131

CAusas rusticorum pauperū laboratorū: orfanorum: uiduarum: pupillorum peregrinorum: mercatorum: forensium: uiatorum: & aliarum miserabilium personaꝫ sine iuris solemnitate: sineq; scriptis & libelli oblatione atq; dilationibus decidi & terminari uolumus & iubemus considerata personaꝫ & causarum qualitate: Et maxime si cā quadragínta solidorum fortium quātitatem nō excedat. Hoc ēt saluo q̄ petitiones: respōsiones: & sententiæ huiusmodi causarum modicarum si & ꝓut iudici coram quo uentilabunt expedire uidebit: & ex ipsius iudicis officio in libris curiæ describant sub breuibus uerbis: & eaꝫ trāscriptum partibus si petant det. Si quis ꝓpter paupertatem & aduersarii sui potentiam nō possit tractare nec cōducere causam suam: iubemus iudici ipsius causæ quatenus ex officio suo de iure & iustitia ipsius impotentis inquirat uel inquiri faciat cum eius aduersario: & alios prout debite poterit uti ueritate inquisita & habita predicti causam pauperis discutiat & terminet sine mora. Pauperem autem hunc intelligi uolumus & decernimus arbitrio iudicātis.

¶Exceptiones dilatoriæ in ingressu litis iuste oppositæ admittendæ sunt: & statim super eis cognoscat. 132

EXceptiones dilatoriæ quas per alterū litigantium in litis ingressu opponi cōtingerit contra alteram ꝑtem seu personas litigātium: utpote quia non habeāt legitimas personas standi in iudicio: aut quia in patria potestate cōsistant: uel q̄ sunt impuberes qui sine tutoribus: uel minores. xxv. annis: aut furiosi uel mente capti qui sine curatore in iudicio cōuenire uel cōueniri non possint & similes: aut contra ꝓ aliis comparentes oppositæ: ut quia non habeant mandatum: uel q̄ ꝓcuratorium exibitum non sit sufficiens: aut cōtra tutores uel curatores non fuerint rite dati: uel q̄ nō fuerit inuentarium ante cuius cōfectionem administrare non possint uel sententiæ excōmunicationis. & similes exceptiones cōmuni iure scripto & rōe comprobatas licet in causis summarie procedat admitti iubemus. & super illis statim cognosci ordinari seu declarari antequam ad cognitionem causarum principaliū procedat. ut ipse processus ualeat & teneat.

¶Exceptiones friuolæ contra positiōes & articulos oppositæ repelli debent. & in admittēdis positiōibus & articulis seruet hic modus. 133

AD friuolas exceptiones quæ positionibus & articulis per partes litigantes opponunt euitandas litesq; abreuiandas: statuimus hoc edicto q̄ unus dūtaxat det terminus breuis per iudicentem ad respōdendum positionibus in iudicio productis uel alias ad opponendum de impertinentia. uel in admissibilitate ipsaꝫ positionum seu articulorum productorum: necnō ad opponēdum seu articulādum de contrario. Quo quidem termino lapso iudex uisis positōibus seu articulis ac exceptōibus oppositis statim ordinet ꝓut iuridice uidebit faciēdum. In dubio tamen ordinet cum clausula saluo iure impertinētium uel nō admittendarū positionū seu articuloꝫ qua clausula per iudicē in huiusmodi sua ordinatione apposita nulli partium litigātium licere decernimus inde appellare ꝓuocare siue supplicare.

¶Qualiter & infra quem terminum ꝓcessus criminales contra carceratos facti debeant terminari. 134

VT conuictos de crimine uelox pœna subducat aut absoluēdos & liberādos custodia diuturna nō maceret statuimus hoc edicto q̄ singuli iudices nostri cās criminales incarceratorum in locis & terris sibi cōmissarum iudicaturarum occurrentes. Quaꝫ cognitio

& diffinitio ad eos spectare debebit infra unum mēsem proximum postq̄ fuerit per quēlibet incarceratum aut eius ꝓcuratorem petitū in causa diffiniri: & ius dici. uel data copia ipsi incarcerato huiusmodi ꝓcessus. & eius auditis defensionibus ꝑ denunciatorem: accusatorem aut ꝓcuratorem nostrum fiscalē illius curiæ petitum fuerit in ipsa causa interlocutoriam uel diffinitiuam sententiā pronunciari iudicent: & sententiam interlocutoriam sup questione: & tortura ipsius īcarcerati uel ipsoꝫ incarceratorum cum casus occurret aut alias diffinitiuā pro ut causa requiret proferant prout ī territoriis ipsarum iudicaturaꝫ sibi commissarū ipsis incarceratis uel incarcerato præsentibus: & ad præsentiam ipsoꝫ iudicum tunc adducto uel adductis siue ipsi īcarcerati seu incarceratus fuerit de nr̄o aut ipsoꝫ iudicum seu quorūcūq; alioꝫ magistratuum nostroꝫ speciali mandato siue non ex officio bayliuorū seu castellanoꝫ nr̄oꝫ aut eoꝫ seu locumtenentium in carceres missi seu detenti missus seu detētus: Sub pœna quattuor solidoꝫ fortium per quēlibet iudicem morosum ad proferendas huiusmodi sententias interlocutorias uel diffinitiuas postq̄ petitum fuerit diffiniri & ius dici ut præfertur; assignatum ꝑ qualibet die qua morosus fuerit ipse iudex cōmittenda: & fisco nr̄o ꝑ medietate & incarcerato seu īcarceratis ꝑ alia medietate ī migialia sua applicāda: nisi idē iudex iusta & ꝓbabili causa ægritudinis uel uacatiōis circa nr̄a negocia ꝓpeditus fuerit. aut locūtenētem ad hoc plenius expertū nō habuerit q̄ intendere uoluerit de qua causa summarie cōstare debeat coram nobis aut altero consilioꝫ nostroꝫ: aut alio iudice ad hoc per nos deputato.

¶Quod stilus seruatus in curiis domini circa inq̄sitiones seruandas copias dandas & sententias inde ferendas pro lege seruetur. 135

VM minime sint mutanda quæ certam ꝓterpretationem habuerunt: statuimus q̄ in causis criminalibus quibuscunq; stilus hactenus in curiis nr̄is citramontes usitatis: qa breuis utilis ad terminationem ipsaꝫ causaꝫ perhibetur in ipsis curiis nr̄is ꝓ buscunq; continue seruet: uidelicet q̄ ad ordinem responsionis inq̄sitoꝫ productionis receptiōis & examinationis testium nō attendat. sed fieri possit ualeatq; & teneat processus inquisitionalis sup his quæ deliquisse inculpatus fuerit inq̄situs siue sit incarceratus siue nō. siue præcedat respōsio ipsius inq̄siti attestationes testium: & informationes de ipso crimine intitulato seu de quo ipse inquisitus erit inculpatus. siue sequat ipsa responsio inq̄siti ipsas attestationes: & informationes. Et q̄ per scribam seu notarium qui processum fecerit traditio copiæ ꝓcessus & attestationum testium inq̄sitio facta ad publicationem ipsaꝫ attestationum sufficiat: & ualeat. Et post ipsam talem publicationē per dictum scribam curiæ factam per traditiōem copiæ ipsius processus facta inquisitio ut præfert & didicita testificata per partes inquisitam & ꝓcuratorem fiscalem dūtaxat super eisdē: & directo contrariis articulis possint alii testes produci & examinari. siue inqrat de delicto siue de innocentia inquisiti seu inculpati. Et ualeat: & teneant tales examinationes. Hunc igitur stilum & alios in patria nostra hactenus obseruatos: licet hic non insertos in causaꝫ criminalium decisione & cognitione in omnibus curiis nostris per iudicantes in illis decernimus & iubemus esse pro iure seruādum. Nisi ubi aliter per libertates: & priuilegia locorum foret alias cōcessum. Quibus quidem libertatibus iam concessis per hoc edictum derogare non intendimus nec uolumus.

¶De tempore ad defensiones faciendas concesso. 136.

DEfensionum tempora inquisitis in causis & processibus criminalibus ad suas defensiones faciendas per scribas curiarum in quibus huiusmodi processus inq̄sitionales

HAYKOBA BIBLIOTEKA

formabunt in traditione copiarum ipsorum processuum iquisitis iuxta statuta nostra facien da triginta dierum nō feriatarum ad honorem dei decernimus hoc edicto fore prefingenda nisi quatenus iudices locorum ex aliqua iusta: & rationabili causa qualitate personarum & delictorum pensata terminum breuiorem uel longiorem ad huiusmodi defensiones facien/ das ipsis inquisitis arbitrarent assignandum seu concedendum. in quorum arbitrio dicto ca/ su relinquimus ipsius terminum concessionis seu assignationis faciendum.

¶De modo procedendi in causis debitorum pecunialium uel aliarum obli/ gationum quorum instrumenta erunt sigillata. 137

STilum sigillati antiquitus in curiis nostris obseruatum ut causæ debitorum pecunia lium celeriter terminent insequentes statuimus q̃ omne instrumentum debiti nume ratæ pecuniæ uel alterius contractus in quo scriptum apparebit actum fuisse inter partes ibi nominatas: q̃ ipsum instrumentum alicuius curiarum nostrarū sigillo sigillari debeat & peta tur uel hoc non acto inter partes q̃ debeat sigillari. Si tamen illud instrumentum cum pro/ thocollo originali facta collatione debita reperiat concordare. & petat sigillari i aliqua curia rum nrarum predictarum. sine difficultate quacunq; sigillet. Quod q̃dem instrumentū sic sigillatum si petatur a iudice cui ptinebit per creditorem contra debitorem seu debitores exe cutioni demandari. tunc i ipsa causa iuxta stilum sigillati ꝓcedi uolumus & iubemus. Sic ui delicet q̃ cōcedat creditori instrumentū sigillati deferenti cōpulsoria per qua mandet debito rem seu debitores in ipso instrumēto sigillato nominatos cōpelli ad soluendum & satisfacien dum ipsi creditori uel alias ad implendum id ad quod in ipso instrumento apparebunt obli/ gati nisi solutionem quitationem. pactum de non ulterius quicquā petendo instrumenti fal/ sitatem. uel aliam perhemptoriam exceptionem opponant. Quo casu ipsi debitores seu de/ bitor contra quem seu quos concessa fuerit dicta compulsoria assignentur & citentur coram ipso iudice qui compulsoriam ipsam concesserit ad aliquam certam diem compariturí. & cū creditore seu creditoribus qui eandem compulsoriam obtinuerunt super contentis in prædi/ cto instrumento ac super ipsa compulsoria oppositaq; exceptione processuri. quo comparen te seu quibus comparētibus detur per dictum iudicem terminus: & dillatio breuis ad ponen dum uel articulandum super ipsa exceptione allegata. Et ipsis positionibus negatis. Vbi po sitiones traditæ fuerint detur terminus & dillatio ad probandum propositam exceptionem: & audient partes sine superfluis dillatiōibus frustratoriis & non necessariis. Ita q̃ infra tres menses ipsa causa sigillati a die propositæ in iudicio post datam copiam reo seu reis instrumē ti sigillati exceptiones numerādos decidatur. & terminetur. nisi iusta: & probabili causa uel impedimento longius tempus ad cognitionem: & decisionem ipsius causæ exigeret: & lon/ giori indagine opus esset ipsius iudicis arbitrio relinquendum. Si uero ipsi rei uel reus cōtra quos fuerit concessa compulsoria nihil opponant: & aliquam ex dictis exceptionibus nō alle gent. uel opponentes seu opponens dictas exceptiones aut earum alteram assignatus sup il/ lis ꝓcedere ut preferet seu assignati fuerint contumaces seu contumax: & citati secundo non comparuerint seu comparuerit aut comparens uel comparentes in exceptione seu oppositio ne non ꝑsistant seu persistat uel in examinatiōe persistentes seu ꝑsistens illam nō ꝓbauerint seu probauerit infra dillationes sibi datas. tunc examinationi debitæ concessa super iustru/ mento sigillato compulsoria contra ipsos reos seu reum ibidem nominatos deducat: & dedu ci mandetur: Concedaturq; præcisa compulsoria per quam ipsi debitores seu debitor in ipso instrumento sigillato nominati seu nominatus præcise compellant ad soluendum seu satis/

faciendum creditori iuxta id quod apparebunt seu apparebit in eodem instrumento obliga ti uel obligatus. Et si forsan inde appellauerint ipsi rei uel reus causa huiusmodi appellatōis infra tres menses a die interpositæ appellationis numerandos terminet nisi iusta impedimen ti causa probabili iudex ad quam longius tempus duxerit cōcedendum ifra quod ipsa causa debeat terminari quod tamen tempus alios tres menses excedat. Vbi autē mora negligentia fauore odio aut dolo uel culpa alicuius dictorū iudicum ipsa causa infra tempora predicta: ut supra disponit non fuerit terminata ipse iudex cuius facto dolo culpa uel negligētia causa fuerit prothelata pœnā centum solidorum fortium incurrat eo ipso fisco nostro applicanda.

¶Instrumenta debitorum pecunialium seu aliarū obligationum altero sigil lorum consiliorū dominii sigillata obtinent uim rei iudicatæ. 138

ROro breuiori litium expeditione hoc edicto perpetuo statuimus q̃ publica instrumen ta seu litteræ autenticæ contractuum debitorum pecuniæ numeratæ ex causa mutui: uel alia aut aliarum quarūcunq; obligationum quæ per publicos & notos notarios bonæ opi nionis & famæ cōfecta signata & subscripta manibus propriis ipsorum notariorum qui eas: & ea receperint erunt non canzellata nō abolita nec ex quacunq̃ suæ formæ parte uiciata te/ stiumq; debito numero uallata altero sigillorum consiliorū nostrorum nobiscum: & chambe riaci residentium etiam pacto non appolito inter contrahentes q̃ sigillent aut alias cū ꝓtho/ colo non collationata sigillata in quocunq; iudicio curiarū nostrarū exhibita & producta uim obtineant rei iudicatæ. Et ut tales litteræ autenticæ seu publica instrumenta modo premisso confectæ signatæ: & sigillatæ confecta signata & sigillata ueluti res iudicata ad executionis effectum deducantur contra debitorem seu debitores ibidem nominatos & obligatos nō cō/ tra alium quem non constaret ex actis causæ esse heredem ipsius obligati alia sententia con/ demnatoria nō precedente præcipimus nisi huiusmodi debitor seu debitores in talibus litte/ ris seu instrumentis nominati proponant: opponant uel allegent instrumenti seu litteræ fal/ sitatem solutionem: quitationē: pactum de nō petēdo cōpensatiōem uel aliam perhēptoriā exceptiōem. Et in huiusmodi causis executis: & debiti ex talibus lr̄is seu instrumētis sic cōfe ctis: & sigillatis ut præfert procedi uolumus & procedendum fore declaramus iuxta stillum sigillati in capitulo proxime precedenti declaratum. ut uersutiis: & cauillationibus dolosorū litigantium. aduocatorū præuaricationibus & diffugiis obuietur. & ipsæ causæ breuientur.

¶Ordo & modus procedendi in causis cirographorum debitorum. 139

AD causarū & litium abreuiationem statuimus q̃ actor in causis debitorū cirographorū in q̃bus de debito constabit ꝑ publicum instrumentum seu in q̃bus actor debitum pe titum & ad quod sibi soluendum aget probare intendet. Et dicet seu proponet se ꝓbaturū ꝑ pu blicum instrumentum penes ipsum actorē tunc existens in ipsius litis exordio huiusmodi in/ strumentū iudicialiter exhibeat: & producat seu litteram autenticatam quæ instrumenti ap pellatione cōtinet ꝑ quod seu quam petitionē suam actor ꝓbare intendet cuius copia ꝑ iudi/ cem coram quo huiusmodi causa tractabit reo concedat si petat sine tamen die & testibus & in actis similiter designet seu inserat sine die ut falsitas euitetur: Et si quod per istrumentum uel per litteram autenticam probare poterit actor ad iustificationem causæ suæ uel reus ad probationem exceptionis si quam opposuerit: deduxerit in actis ipsius causæ: & processus per positiones: & articulos causa litis protheland æ: & grauandi aduersarium in expēsis: Et postea instrumentum uel litteram autenticam ad probationem deductorum in positiōibus

Causa de chiro/ graphorum 29.

HAYDRAE BIBLIOTHECA OHY MOHI / MNEMEHIKOBA

uel articulis produxerint quem uel quos prius penes se haberet iubemus eum in expensis in ipsa causa per aduersarium factis a die traditarum positionum uel articulorum usq; ad diē productionis instrumenti uel litteræ autenticæ condemnari & illas taxari. ac ipsi aduersario realiter solui antequam ipsæ qui ipsum instrumentum uel litteram autenticam producere di stulerit ulterius audiatur. Si autem aliquis iudici ordinario competenti instrumentum publicum ostenderit non canzellatum non abolitū nec ex quacūq; formæ suæ parte uiciatum. Sed q; prima figura sine omni uituperatione appareat testibusq; uallatum i quo sit scriptus creditor alicuius sūmæ numeratæ pecuniæ quam dicat sibi non solutam nec ibi appareat scriptum illam sūmam pecuniæ ad terminos psoluendam. uel si appareat sint ipsi termini lapsi: & petat debitorem ad sibi soluendum citari aut alias compelli. Iubemus hoc edicto illū debitorem citari ad instantiam ipsius creditoris huiusmodi instrumentum exhibentis: & in citatione scribi quantitatem quam petet ex causa in illo īstrumento descripta. Et q; exhibuit instrumentum ad certam diem congruam non feriatam per debitū interuallum in ius uocari solutionem debiti facturum uel dicturum causam quare soluere non debeat. Et alias propositurum exceptiones suas aduersus ipsam petitionem quam in hoc casu sufficere sine exigendo aliam formalem petitionem decernimus etiam contra ipsum instrumentū seu litteram autenticam: alias auditurū ius: Et super ipsa petitione & exhibito instrumeto seu littera autēticā diffinitiuam sententiam. Ita ut causa de & super tali debito cirographo celerius frustatoriis exceptionibus aliis præterquam falsitatis instrumenti solutionis quitationis pacti de non petendo cōpensationis debiti alicuius perhemptorie exceptionis ac dillatiōis indebitæ sūmarie infra dimidiū annum terminetur sub pœna p iudicem talis causæ aliterq̄ supra statutū est procedendum: & causam plus debito protholantem. & infra dictum tempus nō terminantem cōmittenda quinquaginta solidorum fortium fisco nostro applicanda.

¶Quod sportulæ per iudicantes non exigantur nisi in certis casibus. 140

SPortulas uel quicquid aliud occasione audientiæ causaꝝ uel expensarū aut prætextu uisitationis actorum & processuum aut proconsulendo causam seu causas ad sententias proferendas uel partibus litigantibus petent: & requirent per alium seu alios iurisperitos non suspectos sententias consultati & ad consilium habendum pro ipsis sententiis ferendis sumptibus eoꝝ tunc moderate taxandis mitti per alterum cōsilioꝝ nostrorum nobiscum & chamberiaci residentium iudicumq; nostroꝝ ordinariorum exigi uel recipi aut ipsos litigātes exinde damnificari prohibemus. Sed ut gratis: & cum omni puritate iudicum coram ipsis procedat & lites: & causas gratis audient & diffiniant sine quauis exactione pecuniæ uel alterius rei prout tenent̄. cum ipsi sint omnes per nos decenter salariati expresse iubemus nisi expensas moderatas quando contingeret eos iusta uel necessaria causa ad litis decisionem faciendam extra proficisci sub pœna dupli eius quod contra nostrum edictum exactū fuerit uel receptum per quoscunq; iudicantes contrafacientes committenda & fisco nostro applicāda. Et nihilominus omnibus: & singulis iudicantibus in curiis nostris supradictis interdicimus sibi adiungere assessorem uel assessores in fraudem ut pro ipsis assessoribus quicquam petant uel exigant partibus. Si uero eos sibi assumere cōtingat ipsis assessoribus de suo proprio prouidere teneantur.

¶De foro competenti. q; cōtrahentes possint cōueniri i loco cōtractus etiā si nō promiserint ibi solutōem facere dūmodo alibi facere non ꝓmiserint.

141

SVbditos nostros mediatos & īmediatos ex cōtractu uel quasi contractu obligatos in loco in quo cōtraxisse uel quasi contraxisse probabunt̄ etiam si ibi deprehensi nō fuerint cōueniri posse corā iudice ordinario loci illius in quo cōtraxerint solius cōtractus ratione uel quasi hoc edicto decernimus esto q; nō cōstituerint se ibi soluturos. uel ibi solutionem facere non promiserint dūmodo solutionem in aliquo loco facere non conuenerint.

¶Quod laycus nō cōueniat alium laycū extra curias dñi ꝓ causa ad foꝝ ecclesiasticū nō ptinente saluis transactiōibus si quæ factæ sint uel fiant in futurū. 142

SVrisditionem & iura nostra tueri uolentes. ut alienis nullum præiudicium afferatur statuimus hoc edicto ꝓpetuo ꝓut alias ex antiquo per prædecessores nr̄os inclitos extitit statutum q; nullus laycus trahat seu trahi faciat uel cōueniat alium laycum extra curias nostras uel subditorum nostroꝝ iurisdictionem habentium pro causa ad ecclesiasticum foꝝ non pertinente sub pœna pro qualibet uice centum solidoꝝ fortium: & tantūdem soluat sic citatus uel conuentus extra aliquam ex curiis nostris uel subditoꝝ nostrorum si non reuelauerit alteri consilioꝝ nostroꝝ nobiscum & chamberiaci residentium aut iudici suo ordinario infra decem dies post citationem aut cōuentionē contra ipsum & contra formam huius statuti factam seu emanatam. Per hoc edictū nostrum non intendentes nec uolentes in aliquo derogare trāsactionibus seu cōpositionibus si quæ hactenus sint cōtractæ aut contrahant̄ in futuꝝ i ter nos & aliquos forte prælatos seu alios ecclesiasticos uiros iurisditionem ecclesiasticam habentes. de & super causis & casibus ad forum ecclesiasticum: & nostrū pertinētibus. Sed huiusmodi statuto non obstante ipsas transactiones: & compositiones si quæ factæ sint uel fiant imposterum cum suis singulis capitulis punctis & clausulis per cunctos ut præfert̄ officiarios nostros præsentes & futuros. iuxta earum seriem atq; formam firmiter obseruari uolumus & iubemus. uide infra fo 97

¶De dillatiōibus. Citatis debet dari terminus competens p iudicē ad cōparendū q si obmissus fuerit inseri in citatorio terminus erit decem dieꝝ. 143

DIllationem competentem habere opportet cū qui in ius uocabit̄ ad comparendū in curia ad quem citatus fuerit: Qua propter hoc edicto statuimus in mandatis citatoriis congruum terminū citandis seu citando dandum ad comparendum in iudicio per se uel per procuratorem instructū: ubi procurator pro citato admitti debuerit poni: & inseri secundum locoꝝ distantiam & qualitates psonarum arbitrio iudicis moderandum: Et si forsan in mandato citatorio aliquo huiusmodi terminus describi fuerit obmissus: terminum dieꝝ decem concessum intelligendum esse decernimus.

¶Citatus sine pœna pro prima contumacia nulla pœna puniatur. Pro aliis uero sequentibus in mandatis citatoriis insertis plectatur. 144

QVoniam magistratibus concessum est a iure pœnali iudicio iurisditionem suam defendere statuimus. q; si quis in ius uocatus die ad quem simpliciter: Primo sine quacunq; pœna citatus fuerit nō comparuerit pro prima cōtumacia nihil pœne nomine fisco nostro persoluat: pro sequentibus autem contumaciis pœnas seu pœnam i citatoriis mandatis insertis. & quas ibidem inseri iubemus arbitrio iudicantis dūtaxat incurrat.

¶Post oblatiōem petitionis det̄ reo dilatio cōpetens ad deliberādū. Et si faciat exceptionē dillatoriā cauillosā ad ꝓpediēdū litis īgressū ipsa exceptio repellat̄. 145

RArtibus legitime comparentibus in iudicio post datam in scriptis uerbo petitionē & i actis causæ insertam. aut post productum loco petitionis publicum instrumentum

HAYNOPAC UNIVERSITAS OHY MOUNT IMMEMORIA KOBA

ſeu litteram autenticā dari reo præcipimus prout iure cōmuni diſponitur dillationem debitā ad deliberandū ſeu reſpondendū ueritatem ſup qua ipſum reū interrogari iubemus p iudicē infra. xx. dies tūc ꝓximos a die tunc datæ petitiois excluſiue numerādos arbitrio iudicis ꝑſonarꝝ & cauſarꝝ qualitate locorūq; diſtantia penſatis unā uidelicet dūtaxat: & non plures. Et ſi i termino aſſignato reus intentionē ſeu petitionē actoris cōfeſſus fuerit tūc iubemus p iudicem eius arbitrio dari ipſi reo cōfitenti terminū ſeu dillatiōem cōpetentē ad ſoluēdū. Si uero nec cōfiteē nec neget ſed aliquā dillatoriam exceptionē: aut aliam cauillatiōem opponat ad impediendū litis ingreſſum & indaginē ueritatis ac meritorꝝ ſeu iuſtitiæ cauſæ dūmodo petitio ſit talis q̄ ex ea clare appareat qd & ex qua cauſa petat tali q̄ ꝓbata petitōem ipſius actoris oſtenderet eſſe iuſtā talē exceptiōem p iudicē ſi & prout ſibi iuſte uidebit decernimus fore repellēdā. Et illa nō obſtante ad merita ipſius cauſæ ſūmarie ꝓcedi uolumus & mādamus.

¶ Negata per reum petitione actoris deē per iudicem terminus congruus actori ad ponendum articulandum uel alias ꝓbandum. 146

NEgata p reum petitione actoris terminum: & dillationem competentē dari iubemus ipſi actori decem aut plurium uel paucorꝝ dierꝝ per iudicem cōſideraturum i hoc qualitates perſonarum cauſarꝝ: & diſtantia locorꝝ ad dandum poſitiōes uel articulos aut ad producendum lr̄as uel inſtrumenta ꝓ intentione ſua ꝓbanda uel aliter ꝓbandum ſuam petitionem ſi poſitiones uel articulos dare non curauerit ſeu etiam neceſſe non fuerit. ſed breuius poſſe ueritatem & ꝓbationem haberi p inſtrumentū uel p teſtes. aut partis cōfeſſionē delationem iuramenti: aut alias ſecundū perſonarꝝ: & cauſarꝝ qualitates ſup quibus probitates iudicum ad quos ſpectat lites abreuiare: & diffugia repellere penitus oneramus.

¶ Quādo dabit per iudicē partibus terminus ad audiendū ius ſtatuit alius terminus p̄cedēs ad tradēdū ipſi iudici ꝓceſſus: & acta cārꝝ una cū allegatōibus. 147

HOc edicto ſtatuimus q̄ lapſis dillationibus ad ꝓbandum datis partibus litigātibus: & ipſis partibus auditis cum terminus dabit per iudicem ad proferēdam ſententiam interlocutoriam uel diffinitiuam ſtatuat ipſe iudex ipſis partibus terminum congruum ad ſibi exhibendum: & tradendum proceſſum: & acta cauſæ cum iuris allegationibus ſi quas tradere uoluerint pro uiſitando: & aduiſitando ſententiam ferendam ſuper illis infra quem quidam terminum ad tradendum proceſſum & acta qui procedant terminum ad ius dicendum aſſignatum. Ipſæ partes huiuſmodi ꝓceſſus iudici tradere teneant: Sub pœna duorū ſolidorum fortium pro qualibet libra fortium quantitatis ſeu extimationem eius quod fuerit in petitione deductum. & de quo principalis cauſa pandebit per non tradentem committenda: & fiſco noſtro applicanda. Niſi ipſæ partes tunc eſſent de & ſuper illo negocio ſubmiſſæ in compromiſſo in aliquem uel aliquos arbitros ſeu arbitratores. aut ſuper ipſo negocio iam compoſitionem ſeu tranſactionem feciſſent.

¶ In cauſis pecuniariis nō aſſignet terminus uel termini ad interloquendū ultra xxv. dies ad diffiniendū uero ultra unū menſem a die traditiōis ꝓceſſuum. 148

AD interlocutoriam ſententiam proferendam ſeu aliam ordinationem præterq̄ ſententiam diffinitiuam faciendam ſuper aliquo articulo ſeu aliquibus in cauſis pecuniariis propoſitis & oppoſitis ultra unam dillatiōem uel ſaltē duas quæ i uniuerſo terminum. xx. dierum non excedant dari non ſinimus: ſed expreſſe prohibemus. Ad proferendum uero diffinitiuam ſententiam dillationes dari quæ omnibus incluſis ultra menſem unum non extendantur permittimus.

¶ De teſtium examinatione in cauſis ciuilibus.

¶ Quibus debeant committi examinationes teſtium per iudices in cauſis ciuilibus & criminalibus. 149

PErpetuo ſtatuimus hoc edicto q̄ in omnibus curiis noſtris tam conſiliorum q̄ iudicū noſtrorꝝ ordinariorum & delegatorum iuſdicentes ibidem examinatōibus in cauſis tam ciuilibus q̄ criminalibus in ipſis curiis noſtris uertentibus ꝓductis ex iuſtis impedimētis uacare nequeuntes uel nolentes huiuſmodi teſtium examinationes delegent & committant in ciuilibus ſecretariis noſtris in curia conſilii noſtri nobiſcum reſidentis ſcribis ſeu notariis ipſarum curiarum ciuilium. in aliis uero curiis ſcribis ſeu notariis curiarum bayliuorum & caſtellanorꝝ noſtrorꝝ. Et in arduis ſi & qn̄ erit opus aduocato uel ꝓcuratori noſtris generalibus fiſcalibus aut ꝓcuratoribus noſtris fiſcalibus ſpecialibus iudicaturꝝ ſeu curiæ noſtræ nobiſcū reſidentis conſilii in cauſis tantū in q̄bus pro nobis partem non fecerint ipſi aduocatus & ꝓcuratores uel eorꝝ alter: aut aliis idoneis uiris ad examinādū teſtes bene ſtillatis & expertis in præmiſſis locis examinandorū teſtiū ſi ibi ſint notarii idonei aſſumendis ubi notarii & ſcribæ curiarū caſtellanorꝝ non uiderenē idonei uel ibi ſuſpecti per ꝑtes uel alterā ipſarꝝ allegarenē ipſorꝝ iudicantiū in dictis curiis arbitrio etiam ordine prædicto non ſeruato deputandis & eligendis. In criminalibus uero cauſis ſeu ꝓceſſibus examinatiōes teſtiū ꝓductorꝝ in dictis curiis tam ſuper articulis fortificatoriis inq̄ſitionum quam ſuper articulis defenſionum per dictos iudicantes committi uolumus & iubemus ſcribis notariis curiarū prædictorꝝ bailiuorum & caſtellanorꝝ aut aliis commiſſariis. uidelicet illis ex ipſis q̄ proceſſus criminales ſeu inquiſitionales fecerint ſeu receperint: ſuper q̄bus huiuſmodi defenſiōes fient. ut melius ueritas per eos q̄ de negociis ipſis plenioré noticiā habent poſſit haberi niſi ſuſpecti dicerenē. quo caſu ſuſpitionis uere uel præſumpte alius deputet.

¶ Quibus debeant committi examinationes teſtium per iudices in cauſis ciuilibus & criminalibus. 150

NIam ueritatis ignorantes non nulli commiſſarii ad examinandū teſtes deputati tam in cauſis ciuilibus quam criminalibus ſeu inq̄ſitorū defenſionibus ſuarq̄ ſalutis īmemores dicta ſeu depoſitiōes teſtiū ꝓ illa partiū tantū pro qua ſeu per quam ipſi teſtes fuerint ꝓducti deſcribunt. Et ſi quæ deponent dicti teſtes pro alia parte contra quam fuerint ꝓducti illa ſcribere obmittant officio ſibi commiſſo turpiter abutentes. Et cū ſint loco iudicū debeant eſſe æquales non declinādo ad unā partiū litigantiū pluſquam ad alterā ſe nihilominus reddūt pro illa parte pro qua teſtes producti ſunt expreſſe partiales huiuſmodi errorem & ab uſum extirpates ſtatuimus hoc edicto ſaluberrio q̄ oēs & ſinguli ſecretarii ſcribæ & notarii & alii q̄cunq̄ ad examinandū teſtes in q̄buſcūq̄ cauſis ciuilibus & criminalibus in iudiciis curiarū noſtrarꝝ prædictarum aut alterius earꝝ ſeu coram arbitris uel arbitratoribus pendentibus deputati & aſſumpti ac etiam teſtiū examinatores ad perpetuam rei memoriam uel alias quomodolibet in huiuſmodi examinatōibus ſcribant & in ſcriptis redigant. aut p earꝝ ſcriptores ſeu coadiutores ſcribi & redigi faciant ipſorꝝ teſtiū quos examinabūt depoſitiones & atteſtatōes ad plenū ſummarie ſimpliciter & pure prout teſtificabunt omni ueritate utendo pro qualibet ipſarꝝ partiū. etiam q̄cq̄d teſtificabunt contra ꝑtem pro qua fuerint ꝓducti & pro parte aduerſa uel aliter quam i articulis uel i facto uel in ſcriptis tradito & ꝓpoſito ſuper q̄bus ipſa examinatio erit facienda contineat ad ſolam facti ueritatem pro utraq̄ parte i huiuſmodi examinatōibus attendēdo omni partialitate & ſiniſtra affectiōe ſublata.

HAVIOAR PHILOSOPHICA OHY ZÁKLADNÍ KNIHOVNA MEDICÍNKOBA

Sub pœna centũ ſolidorum fortiũ per quẽlibet commiſſariũ ſeu examinatorem q cõtra hoc edictum noſtrũ feciſſe conuictus fuerit totiens quotiens contrafecerit committenda: & fiſco applicãda ultra pœnam falſi quam euadere non debebit.

¶ Pars ꝓbare uolens ꝑ teſtes negata & petens dilatõem ad ꝓcedendũ ipſos debet nomiare teſtes cõmiſſario ſi ꝑs aduerſa petierit & iudex numerꝰ teſtiũ refrenare. 151

QVotiens alter litigantium ad probandum ea quæ in cauſa propoſuit in facto conſiſtentia per partem aduerſam negata dilationem ad ꝓducendũ teſtes petierit ipſos teſtes nominare cõmiſſario ad examinationem ipſorꝰ ſuſcipiendam deputato & ſi pars aduerſa petierit debebit: Et iudex ad petitõem dictæ ꝑtis aduerſæ numerum teſtium refrenare & declarare tenebit̃ ultra quẽ qdẽ numerũ teſtes recipi & examinari ꝓhibemus hoc edicto.

¶ De fide inſtrumentorꝰ: litteræ uel inſtr̃a nõ conficiant ꝑ notarios ſub noĩe alicuius iudicis loquentis in ipſis: niſi receptæ fuerint in ſua ꝑſentia: 152

SI quando in iudicio ſeu coram aliquo ex iudicibus patriæ noſtræ rogant̃ notarii ſeu ſcribæ aut iurati curiæ ipſius iudicis ꝑ partes ibidem aſtantes de & ſuper contractibus eaꝝ nominatis & inominatis teſtamentiſq; codicillis & donatõibus cõpromiſſis arbitramentis: & aliis negociis qbuſcũq; recipere & conficere inſtr̃a ſeu lr̃as autenticas ſub nomine iudicis curiæ qua dicti notarii ſeu iurati requirent̃ in huiuſmodi inſtrumentis ſeu lr̃is loquẽtis & atteſtantis cõtractus ſeu negocia huiuſmodi fuiſſe recepta & fieri rogata ꝑ notariũ ſeu iuratum ſuum inde rogatũ ĩ eiuſdem iudicis præſentia & iudicialiter expedita tales lr̃as ſeu inſtrumenta modo præmiſſo coram iudice ibidẽ loquente receptas; & recepta ꝑ notarios ſeu iuratos inde rogatos ſub ipſorꝰ notariorꝰ ſignetis & ſubſcriptionibus manibus eorꝰ ꝓpriis factis necnõ ſub ſigillo iudicis loquẽtis fieri & expediri licere decernimus hoc edicto. Abuſum uero contrarium ꝑ non nullos ignaros ſtilum uocatum quo dicti ſcribæ notarii ſeu iurati curiarũ dictorꝰ iudicum lr̃as & inſtrumẽta cõtractuum ſeu negociorꝰ prædictorum aut aliorũ quorũcunq; recipere & conficere ſolent ſub nomine alicuius iudicis ꝑdictorum extra curias & in abſentia ipſorꝰ iudicum & eis ignorãtibus inſerendo in exordio ipſarꝝ lr̃arum ſeu inſtrumentorꝰ poſt nomen iudicis ipſius loquentis in illis nomẽ dicti notarii ſeu iurati: aſſerẽdoq; iudicem eidem notario ad conficiẽdum huiuſmodi lr̃as & inſtrumenta cõmiſiſſe uices ſuas ſeu feciſſe ſpeciale mandatũ: quod tamen eum & eam per quoſcũq; ſcribas iuratos curiarũ quorũcunq; iudicum: ac etiam ꝑ notarios publicos patriæ noſtræ præſentes & futuros de cætero fieri & exerceri prohibemus præterquam ĩ patria noſtra bryſiæ dombarum uallis bonæ & reuerſi montis iudicaturæ noſtræ bryſiæ: & aliis locis noſtris dictionis & dominii ubi ſeu in qbus fuit hactenus ita litteras ſub nomine & ſigillatu iudicum fieri cõſuetum: in qbus ſtillum prædictum non uetamus: Sub pœna priuationis officii notariatus & ſcribaniæ ꝑ unũ annum necnõ decem librarum fortium per quẽlibet ſcribam iuratum ſeu notarium contra hoc edictum noſtrum facientem cõmittenda: & fiſco noſtro applicanda.

¶ Nullus ſcriba iuratus uel notarius cogat̃ uel moleſtet̃ per quẽcunq; iudicẽ ad cõficiẽdum inſtr̃a uel litteras ſub ſigillo ipſius iudicis: niſi hoc fieri per ꝑtes requirat̃. 153

QVm publica inſtrumenta ꝑ notarium publicum & notum fieri rogata debito teſtiũ numero uallata & in forma publica redacta: & ſignata ſigillo autẽtico ad robur eorundem ubi per partes rogantes non eẽt actum q̃ deberent ſigillari hoc edicto ꝓhibemus ꝑ quoſcunq; iudices uel alios officiarios noſtrorꝰ ditionis & dominii cogi moleſtari uel inquietari notarios publicos inſtrumẽta quæ fuerint rogati cõficere in formam publicam redacta

tradere & expedire partibus ſeu perſonis quarum intererit ſeu pro quibus faciant ſine ſigillo ipſorꝰ iudicum ac officiariorum appꝑſitõe: aut emolumentorꝰ ipſorum ſigillorum exactõe: & quẽcunq; ad ſigillãdum talia inſtrumẽta cõpelli uetamus: Sub pœna decẽ librarum fortium ꝑ quẽlibet iudicem ſeu officiarium cõtrafacientem cõmittẽda: & fiſco nr̃o applicanda.

¶ Qualiter iudex ꝓcedere debeat quãdo quis opponit cõtra inſtrumẽtum allegãs ipm inſtr̃m eſſe priuatã ſcripturã uel illũ q ſcripſit nõ eſſe notariũ. 4

QVando in iudicio inſtrumẽtum ꝓducet̃: & pars contra quam ꝓductum fuerit opponendo contra illud ꝓpoſuerit ſeu allegauerit illud eſſe ſcripturã priuatam: aut alias negauerit eſſe publicum inſtrumẽtum: & illum q ſcripſit nõ eſſe uel fuiſſe notarium publicum: hoc edicto iubemus iudicem ordinare & iubere eum qui prædictas exceptões ſeu negationes: aut eorꝰ alterũ opponet ſeu allegabit iuramẽtum de malicia præſtare & iurare q̃ malicioſe non ꝓponit negat uel opponit. Et ſi tunc iurare recuſauerit huiuſmodi inſtrumẽtum ꝑ publico habeat̃ & fore publicũ inſtr̃m ꝓnunciet̃: ſi tamen eidem iudici ex diligẽti inſpectione ipſius inſtr̃i æquum & iuſtum uideat̃. Si uero iurauerit q̃ malicioſe hoc non ꝓponit ſeu negat: ſed quia putet in ueritate ſic eſſe: tunc illico ſine dilatione ibidem recipiat̃ per ipm iudicem ſummaria informatio cum exiſtentibus in curia ipſius iudicis ſi fieri commode poſſit & adſint perſonæ fide dignæ per quas ꝓbari ualeant per exhibitionem talis inſtrumẽti & inſpectionẽ ſcripturæ ſigni & ſubſcriptionis illius: an ſignum & ſubſcriptio ſint dicti talis notarii q ibi erit ſcriptus rogatus ipſum inſtr̃m recepiſſe & ſignaſſe: & an ipſa ſubſcriptio ſit de littera ſeu ſcriptura eiuſdem notarii: & an ille ſit notarius publicus: & ꝑ nota. pu. habitus cõmuniter & reputatus. Si autem huiuſmodi informatio ſummaria ibidem commode fieri non poſſit aſſignet tunc iudex partibus terminũ breuem ad illam recipiendam: qua recepta ſi per eam ſummarie eidem iudici conſtiterit ipſum ſignũ & ſubſcriptionẽ eſſe uel fuiſſe notarii qui ibi legit̃ ipm inſtrumentũ ſignaſſe & ſubſcripſiſſe & ipm qui ſignauerit fuiſſe publicum notariũ: aut alias ꝑ notario publico: palam & publice ſe geſſiſſe ꝓnunciet idem iudex eſſe publicum inſtr̃m prout ex matura deliberatione dictæ informationis & compariſtione ueritatis ſi uidebit̃ faciẽdum. Alias ſi per ipſam informationem ſummariã eidem iudici ita non conſtiterit ꝓcedat ad inquiſitionem ueritatis uia iuris prout idem iudex ſecũdum cauſæ: & caſus exigẽtiam duxerit arbitrandum.

¶ De accuſationibus inquiſitionis ac penis: Qualiter & quando ſit ad inquiſitionem ꝓcedendum. 155

IVxta conſtitutiones diuinas & humanas: hoc edicto ſtatuimus per quẽcunq; iudicẽ bailiuum: caſtellanũ: ſcribam: ſeu cõmiſſariũ nr̃m ad inqrendum ſpecialiter contra aliquem uel aliquos ſeu ꝓceſſum inqſitionalem faciendũ de & ſuper crimine ſeu delicto q̃ non conſtabit ſaltem per unũ teſtem bonæ opinionis & famæ ꝓbatiq; teſtimonii uere cõmiſſum de ſuper homicidio ubi non conſtabit hoiem fuiſſe occiſum: de furto ubi non conſtabit rem eſſe furto ſubtractam de crimine falſi ubi non conſtabit falſitatem eſſe cõmiſſam. & ſic de aliis criminibus. Vbi uero cõſtabit delictũ eſſe commiſſum tũc ad inqrendũ & ꝓceſſum inqſitionalem formandũ & faciendũ procedendũ eſſe decernimus contra culpabiles ſeu culpabilem contra quem ſeu quos fiet clama querimonia denũciatio uel accuſatio ad clamam denũciationem uel accuſationem alicuius uel aliquorꝰ ſine doloſa inſtigatione: uel q de crimine fuerint publice diffamati uel diffamatus: & contra quem ſeu quos erit fama publica nõ qdem ab emulis maliuolis ſeu ſuſpectis: ſed cõmuniter inter circũuicinos & notos bonos

HAYKOWA BIBLIOTEKA CYFROWA OHYDMOHI.PL WIELKOPOLSKOBA

& graues uel q reperti fuerint ſuſpecti uel ſuſpectus de ipſo crimine ex ſecreta & ſummaria informatione prius inde reperta. Vbi autem non conſtabit de delicto nec aderit clamās denunciator uel accuſator nec fama publica ĩter bonos & graues non laborabit nec ſuſpitio orta fuerit per ſecretam informationem præcedẽtem doloſis & emuloſis inſtigationibus repulſis contra quẽcunq; procedi ad inquirendũ ſeu ꝓceſſum inqſitionalem faciendum ſicut iam per ſtatuta noſtra præcedentia uetitum eſt. Iterum uetamus ſub pœna. xxv. librarum cõtra facientem cõmittenda: & fiſco noſtro applicanda.

¶ Scribis curiarum bayliuorum & caſtellanoꝝ: necnõ aliis inqſitoribus ꝓhibent̃ ſuperflua in ꝓceſſibus ſcribẽdi quodq; nõ faciant ꝓceſſus cõtra debitores pœnarũ criminalium non cõparentiũ in iudicio terminis non aſſignatis. 156

OMnem ambitionem officiarioꝝ & omne grauamen ſubditorũ euitare uolentes hoc edicto ſtatuimus omnibus & ſingulis ſcribis ſeu notariis curiarũ bayliuorum caſtellanorum noſtroꝝ ac aliis qbuſcunq; exceſſuum inquiſitoribus ꝓnos aut alteram curiarũ noſtrarum deputatis quatenus ꝓceſſus inqſitionales ad eorum officia ꝓtinentes aut ſibi commiſſos cum omni bona diligentia ꝓbitate & ueritate breuiq; temporis tractu iuxta noſtra præcedẽtia ſtatuta faciãt non inſerendo ſeu ſcribendo ibidem articulos impertinẽtes ac alia ſuperflua ſeu uana ad merita ꝓceſſuum non facientia: quos & quæ non nulli propter ignorantiam: alii ex affectata malicia (ut longiori ſcriptura & copiis uel canzellaturis ipſoꝝ proceſſuum maiores pecunias extorqueant) facere ſolent. Prædictis bayliuis caſtellanis ac eorũ ſcribis hoc eodem edicto inhibentes: ne contra quẽquam occaſione pœnarum per eũ commiſſarum prætextu contumaciæ ſeu nõ comparentiæ in iudicio ad terminũ ſeu terminos ad quem uel ad quos citatus uel aſſignatus: & de qbus conſtat per acta cauſaꝝ in libris curiarum bayliuorũ & caſtellanoꝝ prædictoꝝ deſcripta una cum executionibus ipſarum citationum ſeu aſſignatiõum proceſſus inquiſitionales facere uel fieri mãdare præſumãt: niſi mãdato ſpeciali præcedente: Sub pœna. xxv. ſolidorum fortiũ per quẽlibet contra ꝑmiſſa facientem totiens quotiens fecerit committenda & fiſco noſtro applicanda.

¶ Hæredes defunctoꝝ qbus dum uiuerent fuerunt pœnæ aliquæ impoſitæ non tamẽ declaratæ non debẽt inde impeti uel moleſtari. 157

STatuimus hoc edicto q; occaſione ſeu prætextu aliquarũ pœnarum contra aliquos ſubditos noſtros impolitarũ & per eos forſan cõmiſſarum de & ſuper qbus ipſi ſubditi noſtri dũ uiuerent fuerunt impetiti uel inquietati; nec ipſæ pœnæ fuerunt declaratæ poſt obitum eoꝝ hæredes & ſucceſſores eorũdem per quẽq; ex officiariis noſtris nullatenus impetant̃ ſeu moleſtent̃: Sub pœna. xxv. ſolidorum fortium per quẽlibet contrafacientem cõmittenda: & fiſco noſtro applicanda.

¶ De reſtitutione ſpoliatorum. 158

PRæſenti ſtatuimus edicto q; ubicunq; aliquis fuerit ſua poſſeſſione uel quaſi poſſeſſione per quẽcunq; alium de facto ui uel clam ſpoliatus in patria noſtra: & in loco ſpoliationis ipſa ſpoliatio erit notoria: uel alias altero conſiliorũ noſtroꝝ aut iudicum locoꝝ: ubi ipſa ſpoliatio facta eſſe dicet̃ per ſummariã informationem parte uocata ad uidendum iurare teſtes dũtaxat: aut alias legitime apparebit ipſa ſpoliatio fore notoria: ita q; nõ poſſit aliqua tergiuerſatione celari: tunc ipſe ſpoliatus in ſua priſtina poſſeſſione ſeu quaſi poſſeſſionem ſine quocunq; alio ꝓceſſu uel litigio ſineq; mora uel dilatione ex officio curiæ ad quã ꝓtinebit rõne locoꝝ ſeu loci: ſpoliationis debebit reſtitui: & ipm ſpoliatũ reſtitui iubemus.

¶ De ſententiis iuſte ꝓferendis: & modo eas ꝓferendi. 159

SEntentias in curiis noſtris conſiliorũ noſtroꝝ nobiſcum & chamberiaci reſidentiũ iudicumq; noſtroꝝ ordinariorum & delegatorum quorũcunq; cum magna & matura cauſaꝝ & litium: necnon actorum & ꝓceſſuum uiſitatione iurium & ſtatutorũ noſtrorum reuolutione per canzellarium noſtrum ꝓut debite uacare poterit necnon præſidentem conſilii noſtri chamberiaci & eoꝝ collaterales iudiceſq; noſtros ordiarios delegatos: & quoſcũq; alios ad quos cauſaꝝ cognitio ꝓtinere debet & poteſt prius factis: omni timoꝝ odio prece uel precio: & quocũq; alio ſiniſtro motu poſt poſitis & omnino reiectis ad illum ſolum qui eſt & erit iuſtus iudex uiuorum & mortuorũ præmiatorq; bonoꝝ & malorum intuitum erigentes cum omni æquitate iuſtitia ueritate nec declinando ad dexterã uel ſiniſtram: ſed quo libramine cuncta ponderãtes ꝓferri uolumus & iubemus: Si quis autem iudicum noſtroꝝ prædictoꝝ in qbuſcunq; curiis noſtris prædictis conſtitutorum aut eoꝝ aliqui ſimul uel ſepera tim iniquã ſeu iniuſtam ſniam ſcienter & doloſe: aut ex affectata ignorãtia craſſa & ſupina proferre præſumpſerit: aut præſumpſerint ultra indignationem diuinam etiam noſtrã una cum officii ſui priuatione ac infamiæ nota ſe nouerit ſeu nouerint incurriſſe eo ipſo quod q; dam crimen tanquã publicum cunctis pateat facultas accuſandi ſeu denunciandi. Cum autem ſententiæ fuerint in ſcriptis proferendæ ut illas dicti canzellarius & præſidens eorumq; collaterales & iudices ꝑ ſecretarios noſtros & ſcribas ipſaꝝ curiarum & cauſaꝝ ſup qbus ipſæ ſententiæ proferent̃ legi recitari & proferri facere ualeant hoc edicto decernimus ſtatuentes huiuſmodi ſententias dictoꝝ ſecretarioꝝ noſtroꝝ ac ſcribarũ oraculis ſic ꝓlatas pinde ualere ac ſi ꝓprio ore canzellarii ꝑſidẽtis ac alterius collateraliũ ſeu iudicũ prædictoꝝ foret ꝓlatæ.

¶ Tolluntur curiæ appellationum ſpeciales aliquaꝝ prouinciaꝝ patriæ domini & generalis chamberiaci. Et deuoluunt̃ regulariter appellationes a iudicibus ordinariis ad conſilium chamberiaci exceptis quibuſdã.

¶ De appellationibus ſupplicationibus & temporibus earum. 160

MVltitudinem graduum tribunalium iudicialium ſeu curiarũ patriæ noſtræ ſubditorum utilitate penſata refrenantes ſtatuimus hoc edicto q; deinceps ſublatis tribunalibus ſeu curiis iudicũ appellationum in certis ꝓuinciis ſeu baroniis noſtris necnõ iudicis generalis appellationum totius patriæ in chamberiaco hactenus exiſtentium a iudicibus noſtris ordinariis & eoꝝ ſententiis per prætendẽtes ſe inde grauatos ad cõſilium noſtrum chãberiaci reſidens: cui hoc edicto huiuſmodi cauſaꝝ appellationum audientiã & diffinitionẽ ultra alias cauſas eidem incõbentes generaliter cõmittimus cum contingit appellare ſeu recurrere ſit ĩmediate appellãdum & recurrendum. Omnes alias ſedes ſeu curias dictarũ appellationũ hactenus obſeruatas edicti præſentis ꝓmulgatione caſſantes & auferentes: exceptis curiis iudicũ appellationum patriaꝝ noſtrarũ Italiæ pedemontiũ & ꝓuinciæ ad quas primas appellationes a iudicibus ordinariis locorum ipſarũ patriarum emiſſas & non ad dictum cõſilium noſtrum chãberiaci reſidens ꝓpter locorũ diſtantiã deferri uolumus & iubemus: Et ab ipſis iudicibus appellationum dictarum ꝑiarum noſtrarum Italiæ pedemontiũ & ꝓuinciæ ad cõſilium noſtrũ nobiſcum reſidens & nõ ad cõſilium noſtrum prædictũ chãberiaci reſidens fore appellãdum & recurrendũ ĩmediate decernimus. Exceptis etiã curiis iudicum appellationũ: baronum baneretorũ & aliorũ tã eccleſiaſticorum q̃ laicorum iuriſdictionem omnimodã & iudices appellationum habẽtium quorum iuriſdictionibus & iuribus in aliquo derogare per hoc edictum noſtrum nõ intendimus nec uolumus: Exceptis in

HAYNOSIAN BIBLIOTHECA ONLINE

ſuper reſortibus & ſuperioritatibus terrarum borboni citra flumen ſangonæ archiepiſcopi & eccleſiæ cathedralis lugdunēſis & eius capituli epiſcopi & eccleſiæ matiſconenſis abbatis & cōuentus monaſterii inſulæ barbaræ prioris & cōuentus mon̄ prioratus ſancti petri matiſconenſis terrarumq; dominorum de cabillone de uienna de ſancto amor̄ matheſi & collognia ti noui & ueteris & omnium aliarum terrarum a quibus & eorum iudicibus recurri debet: uel ſolet ad iudicem noſtrum ordinarium bryſiæ: contra quem quidem recurſum & reſortū per hoc noſtrum edictum nihil intendimus ĩmutare.

¶ Sufficit appellanti apud acta & iudice ſedente dicere appello a ſententia diffinitiua: ab interlocutoria uero appellādum eſt in ſcriptis. 161

Vm quis apud acta cauſæ & iudice adhuc ſedente ꝓ tribunali appellat a ſnĩa diffinitiua uel interlocutoria ad torturā quæ uim habet & effectum diffinitiuæ iuris ſcripti ueſtigia ſequentes: Hoc edicto decernimus ei qui appellat ſufficere appello: Quod in actis inſeri iubemus: & appellatione huiuſmodi ſic apud acta cauſæ uel aliter rite & infra tempora debita interpoſita iudicē a quo apoſtolos & litteras dimiſſorias admiſſæ uel non admiſſæ appellationis appellanti etiā non petenti ſine dilatione dare ſicut iure cōmuni diſponit̄ præcipimus. Cum autem ab interlocutoria a qua prout ius ciuile diſponit: & hoc idem diſponimus uel eius grauamine aliquis appellare uoluerit in ſcriptis appellet: & cām ſeu cauſas ipſius grauaminis in appellatione huiuſmodi inſerat hoc edicto ſtatuimus.

¶ Inſtantia cauſarum appellationum eſt ſex menſium. 162

Illationum materiā amputare uolentes ad appellationis cauſam exercendā extra curiam ſeu auditorium conſilii noſtri nobiſcum reſidentis ꝓſequendā & diffiniēdam: tempora ſex menſium poſt appellationem interpoſitā numerādorum eſſe decernimus & iubemus hoc edicto. Intra quem quidem terminum appellans litem uiriliter exequat̄. Si uero iuſta & ꝓbabilis cauſa impedimenti interuenerit alios ſex menſes eidem appellāti indulgemus. Quibus terminis tranſactis ſi cauſa appellātis huiuſmodi non fuerit diffinita rata maneat prima ſententia: ſaluo ipſi appellanti in integrum reſtitutionis auxilio cum locus foret reſtitutionis in integrum.

¶ Temere appellantes puniunt̄ ſecūdum ius & appellātes ab ordinationibus iudicialibus pœnam. xl. ſolidorum incurrāt. 163

AD obuiādum maliciis quorūdam q ad uexādū ꝓtem ſibi aduerſam laboribus & expenſis & ad impediēdum ſeu ꝓgādum executionē ſententiæ & alias temere ad litē in longius tempus extendēdū potius q̄ ad iuſtitiā appellāt: Statuimus hoc edicto taliter appellātes: de temeraria appellatione conuictos iuxta iuris cōis ſanctionem pœna temere appellantiū coherceri & puniri. Appellātes autē a non data dillatione ſupflua fruſtratoria nō neceſſaria a repulſione poſitionū & articulor̄ impertinentiū & non admittendorū uel amiſſione eor̄ & earum: necnon ab illis interlocutoriis & ordinationibus iudicialibus in ꝓceſſu cauſæ ante ſnĩam factis & dictis non multum præiudicialibus & ius habēti in diffinitiuam tribuendum non diminuentibus ſeu tollentibus quor̄ appellationem ſatis manifeſte apparebit eſſe temerariā: & ad diffugiendū & fruſtrandū iudiciū magis q̄ ad merita & iuſticiam cauſæ emiſſam pœna. xl. ſolidor̄ fortium ſi in illa ꝓſeuerauerint: hoc edicto mulctari iubemus a ꝓcuratore qui ſua p̄ſumptione ſine magiſtri ſui ſeu domini cauſæ conſenſu uel aduocati cōſilio ad huiuſmodi friuolam appellatiōem proſilierit exigenda: aut domino principalis cauſæ reo uel actore qui ſic temere appellauerit uel appellationi ſic manifeſte temerarie cōſenſerit recuperanda: & fiſco noſtro applicanda. Conſiliis noſtris nobiſcum: & chamberiaci reſidentibus ad quor̄ auditorium cauſæ appellationum: ut in primo huius tituli capitulo cauetur deuoluuntur. Mandantes hoc edicto quatenus ĩ talibus friuolis fruſtratoriis: & temerariis procedentibus appellationibus non deferant nec inhibeant.

¶ A ſententiis utriuſq; conſilii non appellatur: ſed ſupplicatur ad dominum. 164

SIcut iam dictum fuit obſeruatum [illegible] licere a ſententiis noſtri nobiſcum: & chāberiaci reſidentis cōſilii appellare ꝓut nec a ſentētiis præfectorum pretorio de iure licuit appellari hoc edicto ſtatuimus a ſententiis quæ per conſilium noſtrū reſidens chamberiaci proferent̄ nō ad conſilium noſtrum nobiſcū reſidens cum utriuſq; ſimul par ius: & æqualis auctoritas atq; idētitas in diffiniendis atq; dirimēdis litibus eadem ſit eis data poteſtas: nec ad ipſūmet cōſilium noſtrū chamberiaci reſidens [illegible] ad nos quor̄ auctoritate utrūq; cōſilium noſtrū prædictū fungitur ꝓ prætendentes ab [illegible] ſentētiis ſe grauatos eſſe ſupplicādum. Et ſimili modo a ſententiis per conſiliū noſtrū nobiſcum reſidens ꝓferendis: non iterum ad ipſummet conſilium: ſed ad nos decernimus eſſe ꝓ ſupplicatōes nobis dirigendas recurrendū. Quar̄ qdem ſupplicationum remiſſionūq; & emendationum ſentētiarum prædictarum a qbus ad nos ſupplicabit̄ cauſas audiendas [illegible]dend[illegible]: & fine debito ac breui proceſſu terminandas aliis peritis de noſtro conſilio q ĩ cauſar̄: & ſententiarū per dicta coſilia noſtra auditarum: & latar̄ auditione deliberatione: & diffinitione præſentes nō fuerint a qbus fuerit ſupplicatum: aut aliis quos uiderimus ad hoc idoneos decernimus fore committēdas: uel ad examen uel tribunal audientiæ noſtræ nouiſſimæ generalis de qua ĩfra ſtatuimus eſſe remittendas appellādi a prædictis ſententiis in curiis dictor̄ conſiliorum nr̄or̄ nobiſcū: & chamberiaci reſidentium latis ꝓpter auctoritatem prætorii locum non eſſe decernentes: ſed cūctis hoc edicto claudentes facultatem locoq; appellationum ſupplicationes: ut præfertur ꝓ nos dirigendi uniuerſis & ſingulis ſe grauatos p̄tendentibus liberam concedentes poteſtatem.

¶ Sicut in appellando ſic in ſupplicā[illegible] ſupplicanti apud acta in aſpectu iudicantium. In altero conſilior̄ domini adhuc ſedentium ſufficit dicere ſupplico: In interlocutoriis uero oportet ſupplicare in ſcriptis: & cauſæ ſupplicationum debent diffiniri infra tempo[illegible] appellationum. 165

Vm qs a ſententia diffinitiua per alter̄ dictor̄ conſilior̄ noſtror̄ lata ſentiens ſe grauatum ad nos: ut præferī duxerit ſupplicandum: decernimus hoc edicto tali ſupplicare uolenti iudicantibus in dicto conſilio adhuc ꝓ tribunali ſedentibus: & penes acta cauſæ illico cum lata fuerit huiuſmodi ſentētia diffinitiua ſufficere dicere ſupplico: ſicut ĩ appellando ſtatutū eſt ſufficere dicere appello: & huiuſmodi ſupplicatiōem ſic emiſſam ꝓ uerbū prædictum ſolū: ſupplico: ualere ꝓut de appellationibus ſupra ſtatutū eſt: Et hoc ipſum in pede litteræ ſentētiæ a qua ſic ſupplicabit̄ addici ꝓ ſecretarium ſeu ſcribā q ipſam ſententiam leget: & recipiet uidelicet q̄dē ſupplicans illico apud acta ſupplicauit & dixit: ſupplico cū qs ita ſupplicauerit præcipimus: Et ꝓ lr̄is dimiſſoriis ſeu refutatoriis ſicut de appellatiōibus ſtatutū eſt tali appellanti dari: & concedi litterā de ſupplicatiōe ſic interpoſitā iubemus. Ab interlocutoria autē ſententia dicti utriuſq; conſilii nr̄i uel alio grauamine illato ꝓ ipſum cōſilium ĩ ſcriptis iubemus ſupplicari: & grauaminis cauſas in ſupplicatiōibus inſeri: ꝓut ab in-

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY MEHI ЛУ ЛЕВКІВКОВА

terlocutoria uel grauamine appellāti incombit de iure cōmuni: q̃ in hoc ſeruari præcipimus Executiones autem: & proſecutiones huiuſmodi ſupplicatiōum p̃ præſentes fieri ſtatuimus infra eadem tempora infra quæ cauſas appellationum expediri cōſtituimus. Idemq; ius eſſe in dictis appellationibus & ſupplicationibus quo ad tēpora ſupradicta: Exceptis cauſis ſupplicationum uertentibus: & quæ ī poſterum uentillabunt̄ coram noſtro nobiſcum reſidente conſilio in q̃bus prædicta tempora ſic ſtatuta non habere locum ſtatuimus: & ordinamus.

¶De ſuprema & generali audiētia: & eius auctoritate de iudicibus loco tempore cauſis iudicūq; qualitate: & poteſtate ipſius audiētie generalis. 166

VT nihil in republica nobis deo diſponente commiſſa precipue circa quæ ſunt iuſtitiæ remaneat improuiſum. ſed cuncta ad ſubditorum noſtrorum cōmoditatem: & quietem remediis opportunis fœliciter diſponantur: hoc edicto ſaluberrimo perpetuo ſtatuimus erigimus: & ordinamus ultra omnia noſtra iuſtitiæ tribunalia: & auditoria curiarum conſiliorum nobiſcum: & chamberiaci reſidentium ac iudicum quorumcunq; noſtrorum unum generale: & ſupremum tribunal: & auditorium iudiciale ſolemniter. tenendū & obſeruandum ſingulis annis per totum menſem maii: aut maius uel minus temporis ſpacium ſecundum cauſarum occurrentiam: & prout decreuerimus in loco mediocri ad hoc apto per nos eligendo ꝓut uiderimus expedire: In quo perſonaliter ſi uoluerimus: & fuerit expediens præſidere debeamus: uel nobis alias impeditis aut nolentibus ſeu uidentibus non expedire unū pricipem ſeu baronem uel duos ſeu alios uiros ſpectabiles magnates: & inſignes per nos delegandos una cum duobus aut pluribus doctoribus ſeu iuris peritis famoſis ſciētia iuris pratica prudentia: & probitate polentibus aſſeſſoribus noſtris ſeu delegatorum noſtrorum prædictorum per nos aſſumendis extra patriam noſtram: uel ſaltem qui non fuerint uel ſint de altero conſiliorum noſtrorum prædictorum: aut iudices ſeu in officiariis noſtris iudicialibus conſtituti ibidem pro nobis præſidere decernimus: Ad quod quidem tribunal ſupremum: & generale auditoriū & præſidentes: & aſſeſſores ibidē delegatos & aſſumptos: ut p̃fertur deferri uolumus: & iubemus hoc edicto omnes: & ſingulas cauſas ſupplicationum a ſententiis diffinitiuis per cōſilium noſtrum nobiſcum reſidens latis quæ nondum tranſierint in rem iudicatam: necnon nullitatum ab eiſdem ſententiis per prætēdentes ſe inde grauatos ad nos miſſarum: quæ per nos alteri commiſſe decidendæ: & diffiniendæ non fuerint ac ſup omniū & ſingularum querimoniarum: & clamarum quorūcunq; ſubditorꝝ noſtrorum: & aliorum contra: & aduerſus omnes & ſingulos omnium curiarum noſtrarꝝ iudices: bayliuos: caſtellanos: procuratores fiſcales: & quoſcunq; alios officiarios noſtros maiores: mediocres: & minores eorūq; locūtenentes de & ſuper abuſibus fraudibus denegatiōibus: & aliis præuaricationibus in adminiſtratione iuſtitiæ: necnō extorſionibus pilicheriis: & aliis iniuſtis ac illicitis exactiōibus: & oppreſſionibus per officiarios in ipſos conquerentes factis & commiſſis. Et ꝓlterius aduerſus quoſcunq; barones banneretos alioſq; uaſſallos: & ſubditos noſtros nobiles & ignobiles: offenſores & iniuriatores: aſſaſſinos & uiolentos eorumq; fautores: auditores: & receptatores de & ſuper diffidentiis minis uulneratiōibus: uerberibus: iniuriis: uiolentiis: ſpoliationibus mulierꝝ & uirginum raptibus: & uiolationibus de & ſuper quibus iuſtitia nō fuerit miniſtrata ibidem audiendas decidendas cognoſcendas: & fine debito terminandas ſummarie ſimpliciter: & de plano ſineq; ſolemnitate ordinis iudiciarii ac omni iudicii ſtrepitu & figura: ſed ſola negocii: & cauſarum facti ueritate cōſiderata & inſpecta ſuper quibus omnibus: & ſingulis prædictis delegatis noſtris: & eorꝝ aſſeſſoribus ſecundū deū: & iuſtitiam exercendis: & executioni debitæ demandandis plenam: & liberā hoc edicto tribuimus poteſtatem atq; auctoritatē uices nīras eis cōmittendo in præmiſſis omni appellatione ſupplicatione reclamatione pariter: & recurſu penitus ceſſantibus. Statuentes q̃ p̃ nos ſi cōtinget nos in dicto tribunali ſeu auditorio nīro generali: & ſupremo præſidere: ſinautem p̃ delegatos nīros ac nīros uel eorꝝ aſſeſſores in ipſo adiutoria fiant: & teneant̄ duæ uel ſaltem una ſeſſiones prout ſecundum negociorꝝ & cauſarꝝ occurrētiam fuerit expediens ſingulis diebus ad honorem dei non feriatis durante dicto menſe maii ſeu tempore ipſius auditorii. Vniuerſis & ſingulis conſiliarus iuſticiariis: & officiariis necnō baronibus banneretis ac q̃buſcunq; uaſſallis: & ſubditis nīris præſentibus: & futuris edicto præſenti mandantes quatenus prædictis delegatis: & aſſeſſoribus nīris in & circa executionem prædictæ ſibi commiſſæ iudicialis poteſtatis: & adminiſtrationis prompte: & ſine q̃cunq; rebellione ſeu reſiſtentia pareāt & obediāt tanq̃ nobis ſub pœna indignatiōis noſtræ cuius quātitatē duxerimus arbitrandam.

¶De iuramento & ſalario ipſorum dominorum præſidentis & aſſeſſorum. 167

VT iuſtitiam ſincerius: & liberius exercere ualeant dicti præſidētes delegati noſtri: ac noſtri: & eorꝝ aſſeſſores ante q̃ officio ſibi cōmiſſo ſe ingerant uel immiſceant ī manibus nīris ad ſancta dei euangelia iurabūt ſolēniter q̃ ſibi per nos in hac parte cōmiſſam iuſtitiæ adminiſtratōem ac oīa: & ſingula eidem adminiſtrationi incōbentia iuxta iuris: & ſtatutorum noſtrorꝝ ſanctiones cū omni probitate: & ueritate fideliter exercebunt nobis ſeu fiſco nīro aut cuicunq; alteri perſonæ cuiuſcūq; ſtatus uel preheminentiæ fuerit in iuſtitia iudicanda: & miniſtranda iniuſte non fauebunt neminem oppriment uel grauabunt indebite cordaq; ab omni odio: timore: amore: & manus excuſas ab omni munere habebūt. Et quia operariis uocatis debet merces cōgrua: & ne lucri cupiditas mentem cuiuſq̃ eorꝝ afficiat uel auertat cuilibet eorūdem præſidentium: & aſſeſſorum iuxta ſtatuum: & graduum ſuorꝝ qualitates deo preuio ꝓuidere curabimus de expenſis: & ſalariis decentibus.

¶Media cauſarum ī dicto generali auditorio uertendarꝝ p̃ cōmiſſarios poſt emiſſas ſupplicationes: & q̃relas p̃ dominū aut præſidētes deputādos unū uel plures ſi neceſſe fuerit audiāt̄: & decidāt̄ uſq; ad diffinitiuā excluſiue. 168

AD cauſarum & querelarum in dicto generali auditorio: & ſupremo tribunali noſtro uertendarꝝ breuiorem: & meliorem expeditiōem ſtatuimus & ordinamus: q̃ media ipſarum cauſarum: & q̃relarum audiant̄ examinent̄ & decidant̄ uſq; ad diffinitionem excluſiue per eum uel eos cui uel quibus nos uel dicti præſidētes delegati noſtri duxerimus ſeu duxerint committendum q̃ celerius commode fieri poterit: ſic q̃ proceſſus dictorum mediorum cauſarum: & q̃relarum ſint completi ſi fieri poſſit in primo adiutorio: interpoſitione dictarū ſupplicationum: & querelarum immediate ſequentis: ut tunc ipſi proceſſus in dicto auditorio coram nobis ſeu prædictis præſidentibus: & aſſeſſoribus exhibeantur: ut ipſæ cauſæ: & querelæ diffiniantur. Proceſſus uero qui tunc non fuerint completi: aut in ſtatu diffiniendi poſtmodum compleantur: & ipſos compleri iubemus per commiſſarium ſeu commiſſarios antedictos infra tempus auditorii generalis ex tunc immediate ſequentis in quo cauſas: & querelas quæ in præcedenti auditorio non fuerint diffinitæ diffiniri: & terminari præcateris uolumus & iubemus. Nolentes immo uetius ordinantes hoc edicto q̃ interim non currant tempora ſupplicantibus ad proſequendum ſuas ſupplicationes: quarum cauſæ non fuerint in præcedenti auditorio diffinitæ.

HAYKOBA ПОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

¶Quod doctores seu iurisperiti assessores accedant ad locum tribunalis per duos menses ante tempus dicti auditorii generalis pro processibus causarum & querelarum uisitandis. 169

QVia meritorꝫ causarum notitia: & matura prouisio ad diffinitionem causarum multum confert: statuimus & ordinamus: ꝙ præfati doctores seu iurisperiti nostri: uel dictorum præsidentium delegatorum nostrorum assessores per duos menses ante tempus ipsius audientiæ generalis uocentur: & personaliter accedant ad locum prædictum per nos electi tribunalis ad uisitandum processus: & acta causarum: & querelarum prædictarum super quibus fuerit ius dicendum: & erunt ferendæ sententiæ. Quos qdem processus: & acta uolumus: & iubemus per secretarios nostros notarios: & scribas ipsorũ processuum: & actorum completorum: ut præfertur qui fuerint per partes querelantes traditi: & exhibiti ipsis assessoribus statim per eorum aduentum tradi: & expediri ad uisitandum ut præfertur: Sub pœna quadraginta solidorum fortium per quẽlibet ex secretariis: & scribis processuum: & actorum prædictorum ipos processus: & acta tradere & exhibere negligentem committẽda & fisco nostro applicanda.

¶De executione rei iudicatæ. Bayliui & castellani: & cæteri officiarii quibus committuntur executiones sententiarum debent eas exequi uiriliter: & manu armata si opus fuerit. 170

VIdices exequi debere sententias per eos latas quæ in rem transierunt iudicatam iure communi disponitur. quia nullum uel modicum fructum afferrẽt ipsæ sentẽtiæ. nisi executio sequeretur. hoc igitur edicto omnibus & singulis bayliuis & castellanis eorumq; locatenentibus seruientibusq; generalibus salteriis mistralibus & aliis officiariis nr̃is qbus sententiæ diffinitiuæ in curiis nostris quibuscunq; per ius dicentes latæ committentur seu mandabuntur exequendæ postq̃ in rem transierunt iudicatam præcipimus: & mandamus quatenus ipsas sententias iuxta earum tenores & mandata iudicialia inde facta nõ excedendo fines ipsorum mandatorum prompte: & uiriliter exequantur etiam manu militari si opus fuerit adhibita. Si quis enim ad restituendum alteri rem aliquam seu hereditatem: aut possessionem fuerit cõdemnatus certa dilatione ad hoc sibi data: & iussus infra ipsam dillationẽ restituere non restituerit ipsum non parentem sententiæ & restituere recusantẽ p bayliuum: castellanum seu eorum locumtenentium: seruientem mistralem aut aliũ officiarium nostrorum seu officiarios nostros cui uel quibus huiusmodi condẽnationis seu sentẽtiæ fuerint per iudicem seu iudices ipsius sententiæ cõmissa uel mandata fieri executio ad restitutionem rei hereditatis uel possessionis. & cui restituere iussus fuerit uiriliter & potẽtialiter si necesse fuerit ut præfertur compelli uolumus: & mãdamus. Et si forsan idem condẽnatus huiusmodi executioni resistere præsumpserit ipsam rem restituendam si illam habeat idem condẽnatus ab eo auferri. & illi cui restitutio iussa est fieri ipsum executorem uolumus: & mãdamus omni dillatione: & mora cessantibus. Sub pœna pro modo negligentiæ ipsi executori infligenda arbitrio iudicantis. Et nihilominus per executorẽ condẽnato sub formidabilibus pœnis inhiberi ne missum in possessionum ipsius rei iudicatæ in eadem possessione turbare uel inquietare præsumat. Quod si secus præsumpserit talis uelut rebellis: & inobediens statim per officiarium nostrum cui subesse dignosceẽ capiat̃ personaliter: & incarcereẽ: pœnaq; sibi imposita per executorem contra eum per iudicem loci declareẽ. & declarata per ipsum executorem exigatur: & fisci nostro errario ad quem pertinebit tradatur.

¶Declaretur per iudicem pœna imposita condẽnato cõtra ipsum nõ parẽtem iudicato, & nihilominus si nõ paruerit ĩcarcereẽ. & de bonis suis fiat executio. 171

SI & quãdo diffinitiua sentẽtia lata fuerit sup actione psonali uel alias q̃ in reali uel in petitione hæreditatis iubemus hoc edicto p iudicem q tulerit ipsam sentẽtiam cum in rem transierit iudicatam. illam exequendo iniungi condẽnato in eadẽ sententia sub pœna p ipsum iudicem iuxta psonarꝫ qualitatem: & debiti quãtitatem arbitranda: & ipso iure: & facto cõmittẽda. ꝙ soluat det uel faciat creditori infra tẽpus p ipsum iudicẽ ad hoc statuendũ ipsi cõdemnato q terminus in paruis: & mediocribus causis tempus uigínti dierꝫ. In aliis uero maioribus duorꝫ mensium terminum nõ excedat id ad quod fuerit cõdẽnatus. Et si forsan idem cõdemnatus satisfacere eidem creditori infra sibi pfixum terminum: & parere iudicato neglexerit mãdataq; iudicialia pœnalia cõtempserit: ĩ pœnasq;: & mulctas in ipsis mandatis cõtentas inciderit statim ad reqsitiõem creditoris ĩ cuius fauorẽ fuerit lata ipsa sentẽtia ipsum cõdẽnatum psonaliter capi p castellanum loci: aut eius locumtenẽtem: uel alium familiarẽ curiæ ipsius castellãi: aut alterꝫ ex seruiẽtibus nr̃is generalibus. & captum detineri & arrestari uel cõfinari prout iudici uidebiẽ donec satisfecerit: & paruerit iudicato: Hoc edicto statuimus: & iubemus si & ubi pars ipsa uictrix uiam prædictæ captiõis uel detentionis elígere uoluerit. Et si cõmode psonaliter capi detineri uel cõfinari nõ possit: uel ubi ipse talis detẽtus esset diu morosus ĩ soluẽdo: uel pars uictrix nolet elígere uiam pdicta fiat leuatio de pignore de bonis talis cõdẽnati mobilibus uel imobilibus de qbus uoluerit pars uictrix. De his tamen q̃ reperieẽ ipse condẽnatus possidere tempore cõdemnatiõis nõ habita cõsideratione ad ordinem ipsorꝫ bonorꝫ. Sed leuet executor de dictis bonis quæ pars uictrix uoluerit mobilibus uel imobilibus redditibus aut nominibus debitorꝫ simul: & sepatim dictaq; bona sic leuata subastenẽ & uendanẽ: & expedianẽ modo: & forma in capitulis sequentibus statutis & expressatis. Et si talis condẽnatus cõmode psonaliter capi arrestari: & detineri non possit nec eius bona uendi: & subastari ut supra qa nõ reperitur emptor uel alias tunc bona uel de bonis ipsius talis condẽnati quorꝫ fructus ualoré annuũ debiti declarati expensarꝫ & pœnarꝫ uerisimiliter ualeant si cõdẽnatus tanta bona possideat: Et si tãta bona nõ possideat omnia eius bona ad manum curiæ nostræ poni: & reduci sub legitimo inuentario. & sub eadem manu teneri iubemus donec ipse q condẽnatus fuerit satisfecerit uictori: Integreq; paruerit iudicato sup principali: & expensis & pœnas p eum cõmissas soluerit: de qbus donec paruerit iudicato: & satisfecerit uictori in totum nullã debeat gratiam: & remissionem obtinere. Et fructus & alii prouentus: & exitus bonorꝫ suorꝫ prædictorꝫ ad manus nr̃as redactorꝫ per officiarium executorem recoliganẽ: & leuenẽ. Et q consistant in pecunia numerata uictori expediantur: & alii uẽdanẽ plus offerenti: & præcia ipsi uictori expedianẽ donec plenarie fuerit sibi satisfactum de principali & expensis. Et nihilominus dicti debitores condẽnati continuo cõpellanẽ pœnarꝫ & mulctarꝫ impositionibus & declaratõibus donec integra: & pfecta solutio fuerit facta: & alias paruerit iudicato. Et ꝓpterea talia bona quotienscunq; ante satisfactionem plenariã de principali expensis: & pœnis reperieẽ emptor: & commode uendi & subastari poterint uendãẽ & subastenẽ modo supradicto: & expedianẽ ut supra. Et ultra omnia pdicta ubicũq; extra loca sacra antequam plene paruerit iudicato talis cõdemnatus reperiretur in locis ubi cõmode arrestari uel detineri poterit arresteẽ: & detineatur prout ius dicenti ut supra uidebiẽ faciendum donec integre paruerit iudicato: & expensas: & pœnas cõmissas soluerit. Ita tamen ꝙ unus dictorꝫ modorum exequendi alium non impediat.

HAVORAN BIBLIOTEKA OHY MEDIEVALIKOBA

¶De executione quæ fieri mandatur per leuationem pignorum mobilium.

172

Cum uero in exequenda ſententia ad leuationem pignoꝝ procedat̃ ſic procedendum fore ſtatuimus. uidelicet ꝙ ubi iudex mobilia de pignore leuari mandauerit ipſa mobilia leuari: & capi per bayliuum: caſtellanum & alium officiariũ noſtrum cui p iudicẽ commiſſa ſeu mandata fuerit executio faciẽda iubemus præſente cõdẽnato: uel ipſo abſente præſente uxore ſua ſi habeat. Si uero non habeat uxorem uel fuerit abſens tũc præſentibus uno uel duobus aut pluribus ex famulis ſeu uicinis ipſius condemnati q tunc haberi poterint. & ipſa bona mobilia leuata de pignore a domo ſeu loco in q̃bus erant extrahi: & ĩ alio loco tuto ſub manu nr̃a ſeu curiæ noſtræ locis: & in ſequeſtro p inuentarium deſcripta cuſtodienda & tenenda reponi uſq; ad ſũmam & largam extimationem rei iudicatæ expenſaꝝ executiõis: & intereſſe creditoris. Hac etiã pignoꝝ leuationẽ fieri præcipimus præſente ſcriba curiæ caſtellani loci q omnia bona leuata pticulariter ĩ libris ipſius curiæ deſcribat: & regiſtret una cũ cauſa leuatiõis nomine executoris die: mẽſe: & anno loco & teſtibus: ut de ipſis bonis leuatis cõſtet: & nihil poſſit inde ſubtrahi uel occultari. Et tunc ipſa leuatio pignorum notificet̃ per executorem condemnato. Deinde in primo foro ſeu mercato loci in quo ipſa pignora leuata fuerint ſi ſit ibi forum: Si autem i loco cõmuni publice exponant̃ uenalia: & uendẽda infra tres dies immediate ſequentes: Si cõdemnatus non interim ſatiſſfecerit creditori pro quo fuerit lata ſententia: Adueniente autem ipſa die uenditionis. ipſa bona ſeu pignora proclamentur uenalia. & plus offerenti uendenda: & tradenda hora tertiarum: Et lapſa una hora poſt ipſam proclamationem expediantur uerbo plus offerẽti. Et omnia præmiſſa per dictũ ſcribam in libris curiæ regiſtrentur una cum nomine emptoris plus offerentis: & precio oblato deinde ſignetur idem emptor ad horam ueſperorum eiuſdem diei ad audiendũ ſi quis maius præcium offerre uoluerit. Q ua quidem hora ueſperorum iterum proclamentur ipſa bona ſeu pignora uenalia plus offerenti q̃ primus emptor obtulerit de mane expedienda. Et facta ipſa proclamatione plus tunc offerenti uerbo uel inſcriptis ĩ dictis libris curiæ fiendis expedientur ipſa bona. Et aſſignetur ille plus offerens ad diem decimam poſt dictam expeditionem uerbalem ſibi factam: & in ſcriptis redactam ad ſoluendum præcium oblatum. & recipiendum ipſa pignora ſeu bona ſic ſubaſtata & uendita. Infra quos quidem decem dies ſi debitor condẽnatus ſatiſſfecerit creditori & pareat iudicato ſoluatq; expenſas dictæ executionis: eumq; in dicta bonorum ſubaſtatione emptorem ſe exhibuerit: & contentauerit: Iubemus in ipſo caſu eidẽ debitori condemnato ipſa mobilia ſic leuata & ſubaſtata reſtitui: & expediri per executorem ſupradictum ſtatim poſtq̃ conſtabit iudici: & executori de ipſis ſatiſfactionibus prædictis per ipſum condemnatum prius factis: Alias ſi dictus cõdemnatus infra dictos decem dies in prædictis ſatiſſfationibus defecerit ipſa bona expediantur per executorem emptori prædicto magis offerenti. ſoluto prius per eum precio oblato creditori p quo ſententia fuerit lata. Et in cuius executionem ipſa bona fuerint leuata de pignore. Si quis autem bayliuus: caſtellanus uel uicecaſtellanus ſeruiẽs generalis uel ſpecialis aut alii huiuſmodi ſententiarum executores domum ſeu domos agricolarum aut aliorum ſubditoꝝ noſtrorũ quorũcunq; pro leuatione pignorum aut executione facienda intrare præſumpſerit niſi ipſo condemnato præſente aut uxore ſua uel famulis ſeu uicinis eiuſdem: ut dictum eſt pœnam centum ſolidorum fortium: fiſco noſtro applicandam pro qualibet huius edicti noſtri ſe nouerit incurriſſe.

¶In executione ſententiaꝝ fienda per leuationem bonoꝝ mobilium non leuenẽ animalia & inſtr̃a ad agriculturam neceſſaria.

173

Boues aratorios equos & cætera quæcunq; animalia aratrum uomeres. ligones falces & alia inſtr̃a ad agriculturã neceſſaria in exequendo ſnĩas & res iudicatas leuari ſeu capi de pignore p quẽcunq; executorem hoc edicto ꝓhibemus niſi ĩ ſubſidium uidelicet ubi debitor contra quem executio fieri debebit alia bona mobilia non haberet. Sub pœna. xl. ſolidorũ fortium per quẽcũq; caſtellanũ ſeu eius locũtenentem. Et. xx. ſolidoꝝ fortium p quẽlibet ſeruientem ſeu miſtralem cõtrafacientem cõmittenda: & fiſco noſtro applicãda. Si forſan ſcriba curiæ caſtellani in cuius caſtellania continget fieri executiones ſnĩarum p leuationes pignorũ & bonoꝝ mobilium ut præferẽt in ipſoꝝ pignorũ leuatione aliis ſui officii occupatus negociis præſens non fuerit ſicut ſtatutum eſt fieri ſeruiens ſeu miſtralis executor & leuator ipſoꝝ pignorum poſt leuationẽ ipſoꝝ pignorum ſtatim accedat ad prædictum ſcribam illius curiæ eidem relaturus & ſignaturus pignora leuata ĩtegraliter nomẽ & cognomen actoris ſeu creditoris p quo ſeu ad cuius ĩſtantiã necnõ debitoris cõdemnati contra quem facta fuerit executio & ipſorum pignorum leuatio una cum anno menſe teſtibus & loco ipſius leuationis quæ omnia dictus ſcriba in libris curiæ regiſtrare teneat̃ ne bona leuata pereant ſeu alias ualeant occultari. Sub pœna. xl. ſolidorum fortium p quẽlibet executorem & leuatorẽ pignorũ in referendo & deſignãdo & per quẽlibet ſcribã in regiſtrãdo prædicta oĩa deficientem p quolibet defectu cõmittenda & fiſco noſtro applicãda ultra reſtitutionẽ pignoꝝ leuatorum ſi que ob culpã dictorum executoris & ſcribæ perire contingerit pignorato faciẽdam aut ipſorum pignorum prædictorum iuſtam extimationem impendendam. Cuius quidem pignorati perſonæ tamen ſua qualitate penſata iuramenta ſuper gagiamento & pignorum extimatione credi uolumus & iubemus.

¶De executione ſententiarum quæ fit & fieri mandat̃ per leuationem bonorum immobilium.

174

Si in rebus ĩmobilibus prædiis poſſeſſionibus aut redditibus executio alicuius ſentẽtiæ fiat & fieri mandet̃. & huiuſmodi res de pignore per executorem ipſius ſententiæ leuent̃ ſtatuimus ꝙ in ipſa leuatione omnia leuata in libro curiæ loci executionis cum ſpeciali deſignatione omnium ipſoꝝ leuatorum per ſcribam eiuſdem curiæ regiſtrent̃: Et in ſignũ & effectum leuationis de pignore in executionem rei iudicatæ illico ponant̃ & reducant̃ ad manus curiæ noſtræ illius loci. ac in illis penuncelli armorum noſtroꝝ ſi ſint prædia poſſeſſiones & res corporales apponant̃. Si uero ſint redditus inhibeat̃ debentibus ne ipſos redditus perſoluere præſumant: ſub pœnis formidabilibus ſine mandato iudicis qui tulit ipſam ſentẽtiã. Deinde huiuſmodi reꝝ leuatio de pignore facta notificent̃ per executorem condemnato contra quem facta fuerit ipſa pignorum leuatio in propria perſona ſi apprehẽdi potuerit ſin autem in domo habitationis ſuæ. & ſi certum domicilium nõ habeat uoce p̃conis loco & more ſolitis nuncient̃ illa bona ĩmobilia de pignore leuata & capta in executione ſnĩæ. declarãdo ſnĩam & nomẽ p quo & contra quem fuerit lata. deinde exponant̃ & maneat̃ ipſa bona uenalia per. xx. dies. & in primo foro ſeu mercato propinquiori loci ſcitus ipſarum rerũ uel alias publice locis & more ſolitis infra. x. dies p̃ximos poſt dictam leuationẽ de pignore crideni uenales & notificent̃ p̃conia uoce ꝙ plus offerenti expedient̃. Et tunc ſcribant̃ in libris ubi & per quem fient ſubaſtationes nomine emptoris plus offerentis: & quãtitas precii oblati. Et ſubiequenter in alio ex tunc proxime ſequenti foro. uel octaua die poſt dictam cridã

& notificationē. Et deinde in tertio foro. uel octaua die post secūdam cridationē cridētur & notificentur put supra. Et in ipso tertio & ultimo foro seu sub ultima subastatione & crida la/psis dictis terminis plus offerenti uendant & expediant ipsa bona p̄ præcio maiori inde ob/lato soluēdo uictori seu creditori in cuius fauorem fuerit lata snīa. Et fiet huiusmodi execu/tio uel expedientur ipsa bona eidem creditori seu uictori si maluerit & ea retinere uoluerit p̄ præcio maiori inde oblato. Et tunc fiat p dictum scribam illius curiæ publicum instrm de uē/ditione & expeditione ipsorum bonorum seu rerum continens omnes p̄clamationes & sub/astationes prædictas inde factas. Post quorum quidem bonorum realem & finalem expe/ditionem nunq̄ ad ipsa bona regressum habere condemnatum uel sup illis impetere seu mo/lestare posse emptorem decernimus.

¶ Si de & sup rebus quæ leuant de pignore questio moueatur per tertium iudex de illo summarie cognoscat. 175

SI de & sup rebus mobilibus uel īmobilibus in executionem rei iudicatæ leuatis de pi/gnore moueat per alium q̄ eum contra quem fiat ipsa executio controuersia iudex q̄ tulerit snīam summarie cognoscat de illa. Et in sedanda ipsa controuersia p̄cedat cognoscē/do & iudicando prout iure cōi disponitur in hoc casu.

¶ De indulgentiis remissionibus & gratiis sup criminibus bānis & pœnis commissis. 176

INdulgentiam obtinens a domino sup delicto litteras indulgentiales exhibeat iudi/ci suo ut sciatur per relationem ipsius iudicis si forsan fuit ipsa indulgentia subrepti/cie obtenta. Præsenti statuimus edicto q̄ quicunq̄ criminis seu delicti per eum commissi. & pœnæ inde sibi debitæ indulgētiam seu remissionem obtinuerit iudicē suum ad quem ante huiusmodi factam indulgentiam de ipso delicto iudicare ptinebat adeat personaliter infra mensem a die sibi per nos facte remissionis numerādum. & ipsi iudici exhibeat litteras no/stras super ipsa remissione seu indulgētia concessas & factas. Et coram ipso iudice iustificet huiusmodi remissionē se obtinuisse facti ueritate exp̄ssa uel saltem nō tacita seu ocultata & non p mendacia. seu alias subreptiue. & quousq̄ hoc iustificauerit arbitrio ipsius iudicis uel detineatur uel idonee caueat de iudicio sisti & iudicatum soluendo. Si non cauerit in p̄cessu contra ipsum formato super hoc crimine quod si clare iustificauerit cognitiōe summaria ipsi/us iudicis mediante sine figura iudicii. tunc processus inquisitionalis contra eum formatus in curia loci delicti de mandato ipsius iudicis per scribā qui ipsum p̄cessum fecerit canzellet sumptibus ipsius inquisiti iuxta statutorum nostrorum taxationē moderatis. ¶ Si uero im/petrationē dictæ remissionis per nos sibi factæ iustificare defecerit & constet iudici prædicto supplicationē ipsius impetrantis non fultam ueritate: tunc iudex totam quam inde nouerit ueritatem nobis rescribere non differat inquātum indignationem nostram uoluerit euitare.

¶ Gratiæ solitæ per iudices fieri possunt super cōdemnationibus factis ī pecunia numerata. 177

GRatiam solitam pœna extraordinaria īnumerata pecunia cōdemnatis p̄ crimine in/iuria uel offensa super p̄cessibus inde factis fieri per iudices nostros ordinarios in eo rum assisiis publicis uel extra cum ab ipsis condemnatis fuerit ab eisdem iudicibus humili/ter implorata hoc edicto pmittimus: & liberaliter concedimus exceptis appellantibus & ap/pellationes suas per libelli appellatorii oblationem in curia appellationum factam p̄sequen tibus. Vt autem dicti iudices terminos solitos non excedant huiusmodi gratiam solitā sicut

solitum est duximus sic limitandam uidelicet q̄ hominibus nostris immediatis ad homagiū nobis astrictis. ac etiam burgēsibus nostris de medietate cōdemnationum: Cæteris uero qui buscunq̄ qui hoīes nostri ad homagiū ut præfert astricti uel burgenses nostri nō fuerint de tertia pte tantum per ipsos iudices grām & remissio fieri possit petētibus ut præfert. Amplio res grās & remissiones in his & aliis fiendas nobis specialiter reseruantes.

¶ De thesaurario generali.

¶ De qualitate officio & iuramento thesaurarii. 178

THesaurarium generalem uirum prudentem fidelem probum & solicitum nos decet habere. Ad cuius officium pertinere decernimus omnes & singulos census redditus taleas seruicia usagia. & alia quæcunq̄ tributa obuentiones emolumenta. firmas composi/tiones condemnationes pœnas mulctas & banna dona & subsidia. Et generaliter omnia & singula nobis annualiter uel ad tempus debita tam patrimonialia quā fiscalia a bayliuis ca/stellanis clauariis & aliis officiariis nostris ad quos præmissorum omnium ī suis officiis per/tinet particularis exactio diligenter exigere recipere & recuperare uictualia quæ nō erunt ad usum nostri hospicii necessaria iustis præciis personis idoneis iuxta modum inferius statutū uendere & eorꝝ præcia exigere & exigendas restas computorū omnium & singulorū officia/riorum nostrorꝝ prædictorū solicitum esse. præmissaq̄ omnia & singula exacta recuperata fideliter & secure custodire. & de ipsisq̄ recuperatis ad solutiones debitorū nostrorꝝ tam ad expensas & prouisiones nostri hospicii q̄ uestimentorꝝ equorꝝ paramentorꝝ & aliorum habili/mentorum nostrorꝝ. necnon librationum uestium gentium nostrarum expeditionum amba xiatorum nostrorꝝ salariorum donorum elemosynarum: stipendiorum armigerorū tempore guerræ thesaurario nostro guerrarꝝ tradendarum. ac omnium aliorum onerū nobis incom/bentium & pro tempore occurrentiū libratas facere prout eidem thesaurario nostro duxeri/mus ordinandum & mandandum. De quibus omnibus præmissis & aliis quibuscunq̄ p̄ di ctum thesaurarium nostrum aut eius subrogatos nomine nostro & p̄ nobis sic exactis rece/ptis libratis & expeditis singulis ānis quam diu dictum thesaurariū officium exercebit fide/liter & integre computare & rationem reddere cum restitutione aliquorꝝ tenebit coram præ/sidente magistris & auditoribus computorꝝ nostrorꝝ. Cum autem idem thesaurarius noster ad huiusmodi officium per nos assumet ad sancta dei euangelia in manibus canzellarii no/stri solemniter iurare tenebit: omnia ea quæ in forma iuramenti consiliorū nostrorꝝ supra scri pta. necnon in statutis nostris officium thesaurariæ cōcernentia continent tam sub præsenti titulo quam aliis pro uirilibus obseruare officium huiusmodi fideliter & diligenter exercere neminēq̄ in eius officio indebite opprimere.

¶ Thesaurario prohibet receptio donorꝝ & munerū necnō retentio alicuius portionis soluendorꝝ seu extorsio a creditoribus domini exigenda. 17

COntentum esse uolumus prædictum thesaurarium nostrū stipendiis & salario sibi per nos in lrīs suæ constitutionis assignatis. Inhibentes eidem ne a q̄buscunq̄ perso/nis subditorꝝ nostrorꝝ uel aliorum quibus solutōes aut liberationes pro nobis per ipsum the/saurariū fieri contigerit. q̄bus prout mandauerimus realiter solui & satisfieri integraliter per ipsum thesaurariū uolumus & iubemus q̄cquam extorquere seu de quātitatibus soluēdorū & liberandorꝝ sibi retinere præsumat. etiam si sibi gratis & sponte offerent uel relinquantur. nullaq̄ dona uel munera aut annuā pensionē a q̄buscunq̄ personis prætextu dicti officii re/cipere uel exigere præter esculenta & poculēta uictus quotidiani causa quæ īfra paucos dies

HAYNOBA BIBLIOTEKA OHYNEBA - MEDIKOBA

expendi ualeant. Nulli quoq; creditori aut donatario ſoluere ſeu ſatiſſacere ī pannis ſericeis laneis uel lineis. uaſella auri & argenti gemmis aut aliis iocalibus; equis ſeu aliis merchātiis qbuſcunq; niſi prius iuſte appræciatis ad uerum & communem ualorem. de qua appræciatione dicti creditores ſeu donatarii contententur. Sub pœna dupli eius quod extorſerit retinuerit uel receperit contra formam huius edicti noſtri per eum committenda: & fiſco noſtro applicāda ultra reſtitutionem indebite extortorum ſeu receptorum his a qbus extorta retenta ſeu recepta fuerint in integrum faciendam.

¶ Prohibetur theſaurario ne ſibi cedi faciat actiones creditorum domini contra ipſum dominum habitas. 180

NOſtris & ſubditorum noſtroꝝ creditoꝝ donatariorum ſalarioꝝ & ſtipēdiorum in cōmodis necnon fraudibus quorūcunq; prout eſt nobis poſſibile obuiare uolentes ꝓhibemus ſub pœna prædicta theſaurario noſtro ꝓ tempore exiſtēti ne per ſe ſeu per ĩterpoſitas perſonas emere uel ſibi quouis titulo cedi facere præſumat aliquas actōes quorumcunq; creditorum ſalariatorū aut donatarioꝝ noſtroꝝ contra nos habitas pro debitis ſalariis aut donationibus ſeu præmiationibus per nos factis pro minori pracio quam contineat in lr̃is ſeu inſtrumenti eorumdem. præſidenti magiſtris & auditoribus computorū ꝓ tempore exiſtentibus ĩhibentes hoc edicto: ne libratas ꝓ talibus ceſſionibus per ipſum theſaurarium cuicūq; perſonæ factas uel fiendas dicto theſaurario in ſuis computis intrare uel allocare præſumat ſine mandato noſtro ſpeciali: ſed potius ipſas ceſſiones una cum libratis inde factis nobis ꝓ eorum lr̃as clauſas ſignificare non differant.

¶ Quod expenſæ nunciorum miſſorum per theſaurarium non allocent eidem theſaurario ī computis ſuis. 181

RItum forſan hactenus in camera noſtra computorum obſeruatum de allocādo theſaurario noſtro ī ſuis computis expenſas nunciorꝝ per eum miſſorum cōtra bayliuos caſtellanos clauarios & alios receptores ſeu debitores noſtros ad exigendum ab eis iura noſtra ſeu eos ad hoc cogendum poſtq̄ fuerint in mora ſoluendi penitus reuocamus inhibētes præſidenti magiſtris auditoribus cōputoꝝ noſtroꝝ ne deinceps huiuſmodi expenſas theſaurario noſtro ꝓ tempore exiſtēti ī ſuis cōputis intrare uel allocare præſumant. Sed circa hoc regulas nouas ipſius camere obſeruēt & faciāt ꝓ dictū theſaurarium noſtrū obſeruari.

¶ Quod famuli uel nuncii theſaurarii miſſi cōtra bayliuos. caſtellanos clauarios & alios receptores uel debitores domini nullas alias ꝓſonas citando uel extorquendo moleſtare præſumant. 182

QVando cōtingit dictum theſaurarium noſtrum clericos famulos uel nuncios ſuos cōtra bayliuos caſtellanos clauarios & alios receptores ſeu debitoꝝ nr̃ios ex cā prædicta deputare eiſdem clericis famulis & nunciis qbuſcunq;: ꝓhibemus hoc edicto ne contra quaſcunq; alias ꝓſonas ꝓcedere uel eas moleſtare præſumant nec ualeant pœnas uel multas imponēdo barrando uel arreſtando citando aſſignando aut alias inquirendo niſi contra bayliuos caſtelanos: clauarios receptores ſeu debitores noſtros cōtra quos eos mitti contingerit uel niſi cōtra eos requiſitos ꝓ eos ſup cōductum finantiarum. ſi & quando egerent conductu: eis ſuper hoc obedire cōtemnentes. Sub pœna. xxv. libraꝝ fortium ꝓ quēlibet ex clericis famulis ſeu nunciis dicti theſaurarii contra hoc edictum noſtrum facientem cōmittenda & fiſco noſtro applicanda.

¶ Quod theſaurarius non uendat uictualia domini ſine præſentia præſidentis & magiſtroꝝ computoꝝ & noticia ualoris tunc cōmunis. 183

QVia interdum ꝓpter ignorātiam ualoris uictualium uel alias theſaurarii noſtri ꝓ tēpore exiſtētes ſeu eoꝝ locatenētiū. aut ſubrogati ipſa uictualia noſtra appreciāt atq; uendunt officiariis noſtris ipſa nobis debētibus multo minori precio quam ualeāt. uolentes indemnitati noſtræ prouidere inhibemus hoc edicto dictis theſaurariis noſtris ac eoꝝ ſubrogatis ne deinceps ipa uictualia noſtra cuiquā officiarioꝝ nr̃orum uel alteri appreciar̃ uel uēdere præſumant niſi in præſentia præſidentis magiſtrorū & auditorum cōputorum nr̃orum aut duorum ex ipſis qui etiam ſine theſaurarii uel eius ſubrogati præſentia uenditiones ſeu appreciationes ipſorum uictualium noſtrorum facer̃ non attemptent huiuſmodi inſup uenditiones ſeu appreciationes fieri ꝓhibemus niſi prius facta fide debita ꝓ officiarium talia uictualia emere uolentem in ſcriptis relatu plurium fide dignorum ꝓborum loci ſui officii de uero ualor̃ eorūdem uictualium tunc communi & curren.

¶ De commiſſariis & receptoribus extentarum domini.

¶ De qualitate officio & iuramento ipſorum commiſſariorum. 184

COmmiſſarios ſcribas & receptores extentarum ſeu recognitionum nr̃orum fiſcaliū homagiorum feudoꝝ nobilium & ignobilium emphitoſum directorumq; dominioꝝ necnon talearum cenſuum ſeruicioꝝ tributoꝝ & uiſagiorum quorumcūq; ꝓſonaliū & realium nobis debitorum per nos aſſumi & conſtitui uolumus & decernimus cūm deliberatōe præſidētis magiſtroꝝ & auditorum computorū noſtroꝝ uiros prudentes ꝓbos fideles ex ſubditis noſtris in arte notariatus. & præſertim circa cōtractus extentarum practicos & bn̄ ſtillatos ad quorum ſtillum & officium pertinere decernimus ipſas extentas ſeu recognitōes cū omni ueritate & ſolicitudine recipere & ad plenum in libris noſtris inde reddēdis in ꝓthocollare ſignare & in formam publicam reddigere ꝓut per nos fuerit eis iniunctum & cōmiſſum modis & ſub ſalariis ꝓ nos eis in lr̃is ſuaꝝ cōmiſſionis ſeu cōſtitutionis aſſignatis & declaratis. Quos & quēlibet eoꝝ cum ad huiuſmodi officium aſſumet̃ aſtringi uolumus ſolēni iuramento ad ſancta dei euangelia in manibus canzelarii noſtri præſtando q; ipſi commiſſarii ſeu ſcribæ & receptores in exercendo dictum officium patrimonium & iura noſtra fideliter & diligenter perquirent non diminuant nec augebunt in præiudicium alienum neminē iniuſte oppriment compellent uexabunt uel grauabunt. dona uel munera quæcūq; recognoſcētibus ſeu negociātibus in manibus ipſoꝝ cōmiſſarioꝝ ꝓ ſe uel ĩterpoſitas ꝓſonas nullatenus recipiēt uel exigent publice uel occulte ēt gratis oblata niſi eſculēta & poculēta q̄ uictus quotidiani cauſa paucis diebus conſumi poſſint. Statuta noſtra ac cætera omnia ipſius commiſſionis & receptionis extentaꝝ officium concernentia fideliter & diligenter exequentur & ꝓ uiribus obſeruabunt. Cōtrarium uero facientes ab huiuſmodi officio ſine reſtitutōe quacunq; ſe nouerint ipſo iure deponendos.

¶ Commiſſarii non ſalarientur ſeu premientur in principio ſue commiſſionis ſed in fine. 185

VT diligentiores reddant̃ dicti commiſſarii noſtri ſuper executiōe dicti ſui officii. Statuimus q; nulla ipſis cōmiſſariis ſalaria ſeu præmia laboris in principio exercicii ſuæ commiſſionis aſſignent̃ ſeu dent̃. ne ſub ſpe lucri captandi circa prædictaꝝ extentaꝝ noſtrarum breuem expeditionem negligentes ſe exhibeant ſed dumtaxat finitis complectis & in dicta camera noſtra computorum redditis extentis ſibi cōmiſſis. Necnon ꝓ ipſos præſidentem

magistros & auditores computorum nostrorꝝ examinatis & diligenter uerificatis si plus uel minus respondeāt quam extentæ præcedentes. Et tunc in ipsa redditione extētarum nouarꝝ & ueterū cum suis extractis fieri decernimus & uolumus dictis cōmissariis p nos satisfactionem congruentem de suis laboribus & expensis in receptione & ꝓsecutione ipsarꝝ extentarꝝ sibi commissarum & completarum p ipsos commissarios supportatis ad taxationem & moderationem dictorꝝ præsidentis magistrorꝝ & auditorꝝ computorum nostrorꝝ.

¶De præfixione temporis ad ipsas extentas complendas eisdem commissariis facienda. 186

ASsumpto per nos quolibet dictorꝝ commissariorum nostrorꝝ ad prædictum officiū statuimus & uolumus. ꝙ præsidens magistri & auditores computorꝝ nostrorꝝ præfigant & determinent eidem commissario antequam sua cōmissione utat̄ tempus congruum & debitum infra quod ipsas extentas nouas reddere debeat in dicta camera nostra computorum integras & completas una cum extentis antiquis: & extractis earum in eadem camera sibi traditis pro informatione iurium nostrorum. prout eisdem præsidenti magistris & auditoribus consideratis quantitate & qualitate personarum recogniturarum & aliis circunstātiis melius uidebit̄ expedire.

¶Nulla noua commissio fiat illi qui nondum priorem compleuerit nec sibi liceat alienam commissionem assumere. 187

NVllam commissionem nouam extentarum cuiquam commissariorum prædictorum fiendam fore decernimus qui priorem commissionem sibi factam nōdum compleuerit. & de ea cum restitutione ipsarꝝ extentarum nouarum & ueterum in dicta camera nostra computorum plenam rōem non reddiderit per ipsos præsidentem magistros & auditores approbatam & conclusam. ¶Et ne dicti commissarii nostri a prosecutione continua extentarꝝ nostrarum sibi commissarum ꝓpter alias occupationes impediant̄ ipsis omnibus & singulis commissariis extentarꝝ nostrarꝝ quācūq; receptionem alienarum extentarum quatūcunq; tēpore nostræ sibi factæ commissionis fiendam penitus interdicimus. Sub pœna priuatiōis dicti officii atq; salarii sibi inde debendi nisi hoc faceret de nostra licentia speciali.

¶De euocatione informatione & compulsione recogniturarum. 188

PRo nostrorum indemnitate subditorum iubemus dictis cōmissariis nostris extentarum q̄tenus hoīes feudatarios emphiteotas & alios nobis recognoscere debētes corā se ad recognoscendū nobis faciant psonaliter euocari per castellanos mistrales aut alios officiarios nostros locorꝝ quos ad hoc facilius & cum minori expensa ipsorum recogniturorum poterunt mittere & habere. statuentes ꝙ ipsi commissarii nostri dictos recognituros postq̄ præsentialiter ad ipsos commissarios accesserint statim & sine quacunq; dillatione informēt de & super his quæ ab ipsis petent nobis recognosci. Qui si recognoscere post huiusmodi informationem recusauerint eos ad recognoscendum ea quæ nobis iuste retineri uidebunt̄ per castellanos seu alios officiarios nostros locorum cogi & compelli uiriliter faciant: nisi forsan ipsi recognituri uoluerint & dixerint se uelle adire nostram præsentiam. Quo casu dicti cōmissarii tales ad nos uel nostrum nobiscum residens consilium recurrere uolentes cogere desistant: eosq; relaxent prefigendo eis congruum terminum infra quem cōmode ualeant nos uel nostrum consilium adire ad ꝓponendum uel ꝓducendum qcqd uoluerint uerbo uel scriptis. Qui si forsan a nobis uel cōsilio nostro prædicto redeuntes aliquod per lr̄as nostras uel

dicti consilii nr̄i secum reportent remedium: tunc dicti commissarii pareant mandato. Sin autem tales recurrentes: & nullum mandatum uel remedium reportātes cogant seu cogi faciant prædictos castellanos: aut alios locorum officiarios ad recognoscendum nobis ea i quibus secundum informationes: & titulos nostros iusta tenebuntur iustitia mediante. Prædictis autem commissariis inhibentes ne occasione dicte relaxationis seu p̄fixionis termini prædicti ad nos uel consilium nostrum recurrentibus concesse seu informationis de iuribus: & titulis nr̄is sibi factæ uel fiendæ quicq̄ etiam gratis oblatum petere & exigere p̄sumant: Sub pœna dupli accepti per quēlibet commissarium contrafacientem cōmittenda: & fisco nostro applicanda ultra restitutionem recepti ei a quo receperit p ipsum recipientem faciendam.

¶Quilibet commissarius exhibeat bis in anno suum prothocollum in curia cameræ computorum. 189

VT constare possit de diligentia commissariorꝝ prædictorum: statuimus ꝙ qlibet ipsorum commissariorꝝ bis in anno sua commissione durante teneatur præsidentem magistros: & auditores computorꝝ nr̄orum de sua diligētia per exhibitionem sui prothocolli extentarum sibi commissarum: & p eum receptarꝝ informare. Sub pœna. lx. solidorꝝ fortium p quemlibet commissarium hoc facere negligentem committēda: & fisco nostro applicāda. Et si dicti præsidens magistri: & auditores computorꝝ in prædictorum ꝓthocollorꝝ extentarum uisione: & examinatione quenq̄ ex dictis commissariis negligentem. aut alias insufficientem cognouerint hoc statim nobis significent: ut talis negligens uel insufficiēs ab ipso officio per nos deponatur. Et alius idoneus cum ipsorꝝ præsidentis magistrorꝝ: & auditorꝝ computorum deliberatione ad huiusmodi extentas complendas subrogetur.

¶Commissarii nihil recipiant a nobilibus recognoscentibus: & per collationem extractuum. 190

VAssallorum nr̄orum a nobis feuda nobilia tenentium idemnitatem procurantes statuendo prohibemus dictis commissariis nr̄is extentarꝝ ne pro collatione quaternorū seu extractuum recognitionum ipsorꝝ uassallorꝝ quos ipsi uassalli dictis cōmissariis nr̄is tradere consueuerunt pro eorꝝ recognitionibus nobis ī manibus ipsorꝝ commissariorꝝ fiendis ad originalia recognitionum ipsorꝝ uassallorꝝ fienda ab eisdem uassallis nr̄is quicq̄ petere uel recipere p̄sumant nec ipsos uassallos compellere ad faciendū tales extractus per manus ipsorum commissariorum uel clericorꝝ suorꝝ: Sed eisdem uassallis liceat fieri facere dictos suos extractus per quēcunq; scriptorem si uoluerint dūmodo bene fiant. Si uero aliquis uassallorum dictorum seu feuda nobilia a nobis tenentium dictos extractus suos fieri sponte uoluerit: & petierit per aliquem ipsorꝝ commissariorum in quibus manibus debuerit recognoscere uel per clericum ipsius commissarii: tunc idem commissarius pro singulo folio papiri paruæ formæ ab utraq; parte scripto octo denarios fortes recipiat dūtaxat: & nō ultra. Sub pœna sexaginta solidorum fortium per quēlibet cōmissarium cōtrafacientem cōmittenda: & fisco nr̄o applicanda.

¶De protestationibus recognoscentium & eorum taxa. 191

EXactoribus & exactionibus indebitis uiam precludere uolētes hoc edicto p̄dictis cōmissariis nr̄is inhibemus ne quicq̄ p̄sumant a subditis nr̄is recognoscentibus extorquere pro expensis ipsorum commissariorum nostrorum aut alia causa: nisi dumtaxat pro instrumentis protestationum quas sæpe faciunt ipsi recognoscentes quādo recognoscūt pro

HAYIOBBIBLIOTEKA OHY INSTITUT MELHIMKOBA

quibus si & quando per ipsos recognoscentes fiant huiusmodi ꝓtestationes: & inde publica instrumenta per dictos commissarios sibi fieri petent̃: tunc ipsi cõmissarii huiusmodi instrumenta grossantes ꝑ singulo cursu pergameni de longitudine unius pellis motonine omnino scripto littera contigua sex denarios grossos tantum recipiant. Et si quid ultra forsan recepe rint receptum tradenti & quadruplum fisco nostro inferant. Si uero protestatiões predictæ in alia forma q̃ cursus pergameni redigantur: tunc dicti commissarii nostri recipiant taxam moderatam. Eisdem commissariis nr̃is inhibentes ne feudatarios aut emphiteotas nr̃os per se uel per alium publice uel oculte cogere uel inducere præsumant ad petendum sibi dari instrumenta protestationum prædictarum: Sub pœna. lx. solidorꝫ fortium per quemlibet commissariũ contrafacientem totiens quotiẽs contrafecerit cõmittenda: & fisco nr̃o applicãda.

¶De feriis seruandis per commissarios in conueniendis reis. 192

IN commoda subditorꝫ auferre cupientes: ꝓhibemus hoc edicto omnibus & singulis commissariis nr̃is extentarum ne quis eorꝫ feudatarios seu emphiteotas nr̃os copellere præsumant accedere ad nos seu nostrum cõsiliũ nobiscum seu chamberiaci residens aut cameram nostram computorꝫ: uidelicet a festo pentecostes usq; ad festum sancti michaelis pro negociis ipsarum extentarum: exceptis nobilibus quos omni tempore: excepto tempore uindemiarum illuc possint dicti commissarii remittere uel assignare cum casus exegerit. Caueant insuper dicti commissarii nr̃i ne quouis feudatarios aut emphiteotas nr̃os nobiles aut ignobiles quocũq; tempore ad nos uel cõsilium aut camerã prædictos assignent & remittãt: nisi ꝓ iusta & rationabili causa quæ talis sit uel esse uersimiliter appareat: q̃ ꝑ ipsos cõmissarios in locis suarꝫ commissionum commode terminari non ualeant: Quod si secus egerint dicti cõmissarii in ipso casu expensas sic indebite assignatorꝫ seu citatorꝫ soluere teneantur.

¶Commissarii tradant copiam informationum recognitiõum domini tenementariis æquare uolentibus tributum commune sine constu. 193

QVia sæpe cõtingit homines feudatarios: & emphiteotas nostros a nobis tenere & possidere particulariter: & diuisim plures res: & possessiones sub unico seruitio seu tributo ad quod ipsæ res coniunctim sunt astrictæ: & ipsum tributũ ipsi tenemẽtarii æquare: & diuidere inter eos non possint defectu informationum nr̃arum penes dictos cõmissarios nr̃os extentarum cõsistentium: quas seu earꝫ copiam ipsi commissarii dictis tenementariis prædictum tributum commune inter se diuidere & æquare uolentibus & petentibus exhibere seu tradere recusent: nisi muneribus ipsis cõmissariis prius datis. Statuimus q̃ ipsi cõmissarii copiam dictorꝫ informationum nostrarum quo ad res & tributa de quibus agit̃ dictis tenementariis libere sine constu tradere teneant̃ pro ipsa diuisione seu æquatione talium tributorum communium inter ipsos tenementarios facienda. In qua q̃dem æquatione si commissarii nr̃i prædicti locorum fuerint per ipsos tenementarios req̃siti interesse: tunc diligenter ipsi æquationi: ut bene fiant ad nostram: & dictorum tenementariorum utilitatem interesse teneant̃.

¶Directa dominia communia inter dominum: & alios specificantur in extentis. 194

OMnem ambiguitatem: & obscuritatem inter̃ nos: & fideles nr̃os interdum occurrentem: ex eo q̃ nos sæpius contingit habere feuda seu directa dominia ꝑ indiuiso cum aliquibus fidelibus seu subditis nostris: & dicti commissarii nostri extentarum: non nunquã partem seu quotam ĩ dictis feudis seu directis dominiis nobis pertinentem eisdem cum

diuisoribus seu cõsortibus nr̃is declarare recusant ipsos cõdiuisores seu cõsortes nobiscum in obscuritate: & dubio relinquẽtes in magnũ ipsorꝫ cõsortium necnõ tenemẽtariorꝫ reꝫ feudalium seu emphiteoticarꝫ huiusmodi præiudiciũ atq; dãnũ nulla utilitate ꝓpter hoc nobis accedere quod amputare uolẽtes. Statuimus q̃ quãdocũq; in casu p̃dicto clare cõstabit dictis cõmissariis nr̃is ĩ quorꝫ cõmissionibus ipse casus occurret quota fuerit pars seu portio nr̃a in huiusmodi feudis seu directis dominiis cõmunibus ueras ĩformatões seu legitĩa documẽta. Tunc ipsi cõmissarii eandẽ ꝑtem seu portiõem nr̃am ĩ extentis nr̃is sup feudis: & directis dominiis prædictis: necnõ rebus inde mouẽtibus recipiẽdis specificare & declarare teneant̃: sic q̃ nulla dubietatis uel obscuritatis iter nos & fideles seu subditos nr̃os uestigia relinquãtur.

¶Compositiones extentarum fiant per consilium siue extra: tractari autem prius poterunt per commissarium. 195

SVbditorum nostrorum grauaminibus occurrere uolentes. Statuimus hoc edicto: q̃ cõpositiones ab extentis nr̃is præuenientes deinceps cõpletæ nõ fiant p dictos cõmissarios nr̃os extentarꝫ: sed dũtaxat ipsæ cõpositiones cum personis quarꝫ intererit tractent̃ per ipsos commissarios ꝓut: & utilis fieri poterit: & debebit citra indebitam partis componentis lesionem. Et ipsis compositiõibus tractatis: & in scriptis p memoriale redactis eas cõsilio nr̃o nobiscum residẽti dicti cõmissarii plenarie referant ut ibi recipiant ipsas compositiones si & prout fuerint debite tractatæ conclusionem oportunam: Si uero minus debite tractatæ fuerint: tunc errata in ipsis tractatibus per cõsilium nostrum reparentur: Et eisdem consilio: & commissariis nostris. Inhibentes hoc edicto ne in ipsis cõpositionibus eas tractando uel concludendo faciant drulias: seu aliquod extra huiusmodi sed compositionum factarum quantitates integre in litteris nostris inde fiendis exprimantur.

¶In auditione causarum extentarum procurator & aducatus fiscales euocentur. 196

QVia q̃stiones & cõtrouersiæ inter dictos commissarios nr̃os extentarꝫ: & feudatarios nostros exortæ ratione extentarum nostrarꝫ tractari & decidi solent coram altero cõsiliorꝫ nostrorꝫ nobiscum: & chamberiaci residentium: aut in camera nr̃a computorꝫ ut huiusmodi causæ melius discernant̃. Statuimus q̃ in ipsarꝫ causarꝫ audiẽtia decisiõe: & diffinitione ꝓcuratores nr̃i fiscales nobiscum: & chãberiaci residẽtes: uel eorꝫ alter seu loci: in quibus huiusmodi causæ tractabunt̃: necnõ aduocatus noster fiscalis quotiẽs fuerit expediens p auditores ipsarꝫ causarꝫ euocent̃: & ipsæ causæ cũ omni solertia & sũmaria decisiõe terminent̃. Et si steterit p reos q̃ a p̃dictis commissariis nr̃is ad recognoscendum nobis impetent̃ causarꝫ ipsarum ꝑsecutio & diffinitio: tunc liceat ipsis cõmissariis eosdem reos ad recognoscendum compelli facere ea de quibus legitime ipsos ꝓ nobis informabunt: nisi a nobis uel auditorum causarum prædictarum altero aliud habuerit in mandatis.

¶De monetis & monetariis domini.

¶Declarat dominus se & suos heredes non debere deteriorare monetas suas: sed potius meliorare uidelicet saltem in præsenti ualore confirmare. 197

RAesenti irrefragabili declaramus edicto ꝓ tributorꝫ & reipublicæ nobis cõmissæ utilitate perpetua nos inclitosq; heredes & successores nr̃os nunq̃ uelle nec debere monetas nr̃as auri uel argenti seu aliorꝫ metallorꝫ deteriorare uel minuere in futurum a liga: & ualore modernis: sed potius eas meliorare & augere: uel saltem in ipsis liga & ualore modernis eas perpetue manutenere: & conseruare.

HAYKOВА БИБЛИОТЕКА
ПРОФ. ДР. МИЛЕНКО ВАСИЛЕВСКИ

¶De qualitate officio: & iuramento monetariorum. 198

MOnetarios nros uidelicet magistros generales: & ordinarios particulares gardas seu custodes: & operarios nos decet habere: & assumere uiros fideles: probos: prudētes: & in arte monetarum metallorūq; noticia cōprobatos: & exptos ac in facultatibus idoneos. Ad quorum officium spectare decernimus monetas nras auri: & argenti ac cæterorum metallorum fabricare in liga: ualore: pōdere: mensura: forma: et figura per nos: et nros successores sibi determinatis: et determinandis easq; fundere decenter: et æqualiter in qualibet specie denariorꝝ quātum fieri poterit: ne ꝓpter inæqualitatem pōderis det̄ malignantibus ipsas monetas nras occasio trabucādi: easq; sub forma rotunda nō fixa: sed integra bene cudere: sicq; figure caracteres: et scripturæ ibidem impensæ clare appareant ab omni mixtura illicita sophisticatiōe: et falsitate metallorꝝ et monetarꝝ ꝑdictarum in suis debitis: pōdere: liga: et ualore studiose ꝑcauere: nullas cōuenticulas seu illicitas cōgregatiōes cum aliis monetariis forensibus uel interesse certa deterioratiōe ipsarꝝ monetarum facere seu illis interesse. Cum autem assumenī dicti monetarii: uidelicet eorꝝ qlibet iuxta gradum suum ad sancta dei euangelia in manibus canzellarii nri solemniter iurabūt omnia et singula ꝑmissa: ac alia in lris et scripturis nris ordinationes: et regulas ꝑ nos factas et fiendas circa fabricam monetarꝝ nrarꝝ descriptas: Sub pœnis ibidem trā gresforibus ipsarꝝ regularꝝ et ordinationum impositis fideliter: & diligenter seruare & adimplere: ac a ꝓhibitis & prohibendis in illis præcauere. Et de omnibus & singulis huiusmodi monetariatus officium cōcernentibus ꝑ eos: & quēlibet eorꝝ negociatis: & expeditis circa illud iuxta prædictas ordinationes & regulas nostras factas & fiendas in camera nostra computorum & ueram rationem reddere.

¶De præsidēte magistris: auditoribus: & receptatoribus seu scribis cōputorꝝ dni.

¶De qualitate officio & iuramento præsidentis magistrorum & auditorum computorum. 199

IN camera nostra computorum esse decernimus: & uolumus unum præsidentē tresq; magistros: & auditores ipsorum computorum nostrorum uiros prudentes & probos fideles in arte carculatiōis & computandi: stilloq; dicto curiæ cameræ: & in facultatibus idoneis per nos constituendos sub salariis competentibus in litteris nostris suarum creationum declaratis: Ad quorum officium pertinere ipsosq;: & ipsorum quemlibet cum assumenī proprio iuramento in manibus canzellarii nostri ad sancta dei euangelia ꝑstando: astringi decernimus hoc edicto iura nostra patrimonialia fiscalia: & alia quæcunq; diligenter in auditione & examinatiōe computorum perqrere & illesa seruare. Omnesq; & singulos officiarios nros ad reddendum cōputum & ratiōem suæ administratiōis obligatos in redditiōe suorꝝ computorꝝ: & alios quoscunq; in dicta camera nostra negociaturos benigne: & iuste tractare & audire cōputa & negocia eorꝝ diligenter examinare: et q̄ breuius poterint expedire i loco ipsius cameræ personaliter & continue residere: nisi quando aliquem uel aliquos eorꝝ pro nostris uel suis negociis ab huiusmodi residētia duxerimus excusandos. Nulla quoq; dona uel munera ab officiariis nostris uel quibuscunq; aliis personis in dicta camera nostra negociantibus per se uel interpositas personas etiam si gratis oblata recipere nisi esculenta & poculenta quæ uictus quottidiani causa paucis diebus expendi possint. Nullas conuenticulas seu parcialitates inter se ipsos uel contra quemcunq; alium uel alios in dicta camera facere uel tenere: neminēq; huiusmodi officii exercitio iniuste opprimere uel grauare. Et generaliter oia

& singula quæ ad ipsum officium presidentiæ magistratus: & audientiæ cōputorum nostrorum incombunt fideliter: & diligenter exercere statutaq; nra prædictum officium cōcernentia ac ordinationes: & regulas ipsius cameræ nostræ ꝑ nos factas: & fiendas ꝓ uiribus obseruare: Et per scribas seu receptores dictorum computorum nostrorum obseruari facere.

¶De numero officio: & iuramento scribarum computorum nostrorum. 200

DEcem scribas & receptores prædictorum computorū in dicta camera nra: adesse uolumus: & ordinamus hoc edicto ꝑ nos cum deliberatione dictorum præsidētis magistrorum: & auditorum aliorūq; scribarum cōstituendos uiros probos prudētes fideles: & notarios publicos bene scribentes in arte carculationis: & computandi stilatos: & expertos moribusq;: & honestate uitæ cōprobatos. Ad quorū officiū spectare decernimus ī dicta camera nostra cōputorum horis solitis singulis diebus nō feriatis cōtinue residere: cōputos sibi distributos ad scribendum: & recipiendū uere: & fideliter scribere ipsosq;: & cōputantes breuiter expedire sine cōstu iuxta regulas: & ordinatiōes nras nouissime sup hoc æditas: nullum genus donorū uel munerum a quocunq; cōputorum seu quocunq; negociante in dicta camera præter esculenta: & poculenta uictus quottidiani causa paucis diebus consumenda recipere uel exigere ī eadem camera pacifice & qete sine murmuratōe & altiloquio sedere: & negociari: nullas ꝑcialitates seu diuisiones ītер se facere uel fouere: nullasq; iniurias uerbo uel facto adinuicē cōferre uel iferri ꝓcurare: Sed potius fraternitatem: & cōcordiam uicisim seruare negocia nra secreto tenere: iuraq; nra illesa seruare dictisq; ꝑsidēti: magistris & auditoribus quicqd inde fierint q̄ primum ad ipsorꝝ scribarum noticiam deuenerit reuellare: necnon commissionibus iniunctionibus: & ꝑceptis ipsorꝝ præsidentis magistrorum & auditorum officiū ipsius scribaniæ & negocia nostra cōcernētibus tanq̄ nobis parere: & obedire stilum regulas & ordinationes dictæ cameræ nostræ per nos factas & fiēdas ac statuta nostra præsentia: cæteraq; omnia: & singula ad ꝑdictum scribaniæ receptionis dictorum computorum officium incombētia inuiolabiliter obseruare. Super quorum omnium: & singulorum præmissorum obseruantia ipsos scribas: & eorum quēlibet cum per nos assumenī ad ipsum officium publicum: & solemni iuramento astringi decernimus ad sancta dei euangelia in manibus canzellarii nostri præstando. Et ut ad ipsa omnia fideliter exequenda reddant se dicti scribæ promptiores ipsos scribas: & ipsorum quēlibet salariatos per nos decenter esse uolumus stipendiis in litteris nostris suarum creationum declaratis.

¶De duobus clauigeris crotæ domini: eorūq; officio salariis & iuramento. 201

DVos ex prædictis decem scribis seu receptoribus computorꝝ nostrorꝝ decernimus per nos eligendos: & cōstituendos clauigeros & custodes: unū uidelicet crotæ: & archiuorum nrorꝝ in qbus litteræ: & instrumenta & informatiōes nostræ reponunī: alterum uero archiuorꝝ seu nrorꝝ armariorum in qbus originalia computorum nostrorum seruenī cum deliberatiōe dictorꝝ præsidentis magistrorū auditorꝝ ac etiā scribarū dictæ cameræ nostræ cōputorꝝ uiros maturos: graues: prudentes: ꝓbos: secretos: & fideles. Ad quorū officia spectare decernimus claues dictorū crotæ archiuorum & armariorum: necnō oia & singula instrumēta litteras informatiōes cōputorum documenta: & iura nostra ibidem recondita fideliter: & diligenter obseruare: & custodire frequenter uisitare: & disponere ne ꝓpter ineptā custodiā pereant uel putrefiant ea quæ nobis et cōsiliis nostris nobiscum: et chamberiaci residentibus

HAYKOBA ЕЛЕКТРОНА ОБ ЕЛЕКТРОНИКОВА

præsidentiq; magistris: & auditoribus computoꝝ nostroꝝ quotiens sciuerint uel uiderint expedire reuelare: & exhibere ꝓ iuribus nris: & alienis obseruādis: Copiasq; seu uidimus aut extractus iuxta mandata nra uel alterius cōsiliorꝝ ꝑdictorꝝ: aut ordinationē dictoꝝ præsidētis magistroꝝ: & auditoꝝ computoꝝ: & nō alias inde facere: & nūciis: & officiariis nris necnon cōmissariis extentarꝝ nrārꝝ: atq; aliis q̄bus opus erit: & ꝓut per nos uel dicta cōsilia nra seu præsidentē magistros: & auditores cōputoꝝ: mādatum uel ordinatum fuerit sumptibus nris: uel eoꝝ moderatis expedire. Originalia uero ipsarꝝ litterarum instrumētorum informationum computoꝝ: & cæterorum documentoꝝ nostroꝝ īde nunq̄ extrahere: & cuiq̄ tradere uel exhibere: nisi de mandatis: & ordinatiōe supradictoꝝ. Omniaq;: & singula alia fideliter exercere quæ ad custodiā reuelatiōem & celatiōem dictarꝝ crotæ archiuoꝝ armarioꝝ titulorꝝ iurium: & informatōum nrārum ptinent & incumbunt. ¶ Supq̄bus omnibus supradictis: & statutis nris officium ipsoꝝ clauigerorū seu custodum concernentibus: ac aliis ipsi officio incōbentibus ultra articulos iuramenti ꝑdictos scribas cōputoꝝ nostroꝝ ut præferē ordinati fideliter & diligenter exercendis: & obseruandis dictos clauigeros seu custodes astringi uolumus: & iubemus: quando per nos ad huiusmodi officium assument ꝓprio: & solemni iuramento in manibus canzellarii nri ꝑstando: Pro quorum qdem clauigerorum laboribus decernimus: & uolumus ipsos clauigeros: & eoꝝ quēlibet stipendia congrua ultra salaria sua ratione scribaniæ dictorum computorum sibi debita per nos dari & assignari.

¶ De distributione computorum æqualiter: & debite facienda. 202

NE quis seu aliq ex dictis decem scribis seu receptoribus computoꝝ nroꝝ certa distributione ipsoꝝ cōputorum: aut aliarū scripturarū incombentium indebite: & æqualiter onerent. Statuimus hoc edicto: q̄ dicti decē scribæ inter se uel ꝑfati duo clauigeri: aut alii de gremio ipsoꝝ scribarū ꝑ ipsos decem scribas cū ordinatiōe dictoꝝ præsidentis magistrorū: & auditorū cōputorū eligendi distributionē æquā: & rōnabilem oīum cōputorū & scripturarꝝ ad ipsos cōputos: & officium dictorum scribarum ptinentiū faciant ipsos cōputos & scripturas omni odio: timore: fauore: uel amore: postpositis īter ipsas decē scribas æqualiter diuidēdo & distribuēdo. Et sup ipsa distributione debite facienda ut ꝑfertur ꝑstent & ꝑstare teneāt dicti electi quādo eligent in manibus præsidentis si ꝑsens fuerit: sinautē in manibus alterius dictoꝝ magistrorū: & auditorum cōputorum corporale iuramētum: q̄ si forsan sup dicta distributione discrepantias quandoq; īter distribuentes euenire cōtigerit ipsas discordias oīno sedari: & sopiri dictorū præsidētis magistrorū: & auditoꝝ arbitrio decernimus: & iubemus.

¶ Scribæ negligentes computos expedire in expensis officiarioꝝ inde grauatorum condemnentur. 203

AD parcendum īportunis officiarioꝝ nostroꝝ computos reddentium laboribus: & expensis: statuimus q̄ si & quotiens dicti officiarii nri uel eoꝝ aliqs de negligētia: & nimis lenta expeditione dictoꝝ scribarꝝ: aut alterius eorūdam cui uel q̄bus factæ fuerint distributiones huiusmodi computoꝝ cōquerentur erga dictos præsidentem magistros: & auditores ipsi præsidens: & magistri auditis partibus si repiant illos scribas fuisse: & esse nimis morosos: & remissos in ipsa expeditione cōputoꝝ sibi distributoꝝ: nec sup hoc iustam & probabilem excusatiōem se habere dixerint: & ꝓbauerint ipsi scribæ tales scribas negligentes ī expensis officiarioꝝ nrorum ꝑdictoꝝ inde grauatorum ꝓ rata tēporis dictæ negligentiæ condēnent: & condēnatos ad solutionem ipsarꝝ expensarꝝ damna passis faciendam compellant.

¶ Præsidens magistri & auditores cōputoꝝ de reseruatis pōtati de maiori se nō īmisceāt. De breuioribus uero causis poterūt se ītromittē & eas decidē. 204

QVia negociorꝝ uarietates & inuolucra negociātes & negocia q̄ plurimum īpediunt. Statuimus q̄ dicti ꝑsidens magistri & auditores cōputorum nostroꝝ nullas cās criminales uel ciuiles et patrimonium uel fiscum nostrum concernētes maiores iudiciariāq; indaginem atq; ordinem exigentes audire: uel de eis se īmiscere ꝑsumant: sed ipsas tales causas ad eos delatas alteri consiliorum nostroꝝ nobiscum & chamberiaci residentium ꝓut eis melius uidebit expedire una cum ꝓcessibus & meritis ipsarꝝ causarum & īformatiōibus nostris eas concernentibus ꝑ copias uidimus: uel alias ꝓut opus erit remittāt audiēdas & diffiniendas. Minores uero & breuiores causas quas sine iudiciorꝝ anfractibus & strepitu decidi posse uiderint ipsis ꝑsidenti magistris & auditoribus computoꝝ licitum sit audire & summarie terminare. Et insuper ipsis ꝑsidenti magistris & auditoribus: interdicimus hoc edicto: ne de aliquibus albergamentis inuestiturīs laudimiis confirmationibus firmis noīe nostro fiendis: necnon de bānorum seu delictorum compositiōibus seu marciationibus deq; eorum remissionibus seu gratiis cuiq̄ fiendis: exceptis pauperibus & miserabilibus quo ad bāna tantūmodo cæterisq; cōtractibus seu negociis patrimonii uel fisci nostri alienationē seu diminutionem concernentibus de officiorumq; nostroꝝ cōstitutionibus uel depositionibus se deinceps ītromittant. Sed in omnibus singulis causis & casibus ꝑdictis ꝑsonas ad eos recurrētes ad nos remittant una cum aduisamentis & deliberatōibus ipsoꝝ ꝑsidentis magistroꝝ & auditorum in & sup ipsis negociis ad nos remissis inter eos habitis quoniā in & sup ipsis causis: & casibus expediendis nobis insolidum specialem potestatem reseruamus hoc edicto.

¶ Lapso uiginti annorum interuallo fiant computi particulares. 205

NE lapsu temporis & scripturæ breuitate pereant uel minuant iuriū nostroꝝ negocia statuimus hoc edicto q̄ lapso .xx. annoꝝ interuallo: oēs computi nostri castellanoꝝ & quorūcunq; aliorum officiarioꝝ ad computandum obligatorum renouent: & fiant particulares sup extentis: seu recognitionibus nostris tunc nouissime completis: quas ꝑ prius diligenter examinari: iubemus in dicta camera nostra computoꝝ: & uideri an respondeāt extentis & computis ꝑcedentibus uel ne: & an in illis compositionibus inde factis fuerint ꝑ cōmissarios nostros ipsarꝝ extentarum nouarꝝ apposita noua seruitia uel tributa: aut aliqua de tracta sup nostris feudis & directis dominiis ut omnibus circunstātiis ꝑmissis & aliis opportunis diligenter ponderatis & discursis. per dictos ꝑsidentem magistros & auditores uocatis scribis nostris ipsius cameræ: seu aliq̄bus ex eis in talibus magis exptis ꝑdicti cōputi ꝓticulares fieri ualeant cum omni ueritate & iurium nostroꝝ & alioꝝ idemnitate.

¶ Pœna officiarioꝝ negligentiū exequi executōes sibi factas in cōputis. 206

NEgligentiam castellanoꝝ & aliorum officiariorū nostroꝝ statutis sibi diebus ad computandum coram ꝑfatis ꝑsidenti magistris & auditoribus cōputorum nostrorū comparere: & iniunctiones sibi factas in eorū computis ꝑcedentibus circa recuperatiōes arraragiorum & aliorum adimplere negligētium pœnas sibi ꝓpter hoc impositas incurrētium ꝓpulsare uolentes ut decet: statuimus hoc edicto q̄ omnes & singulæ ꝑsonæ ex causis ꝑmissis uel alias iustis: dictis castellanis uel aliis officiarīs nostris: ut præfert in suis computis impositæ & per eos ex negligentia cōmissæ una cum arraragiis ꝑdictis ad onus recuperatōis ipsorum castellanorū seu officiariorū nostrorum ex tenore dictorū computorū suorum ꝑcedentium ꝓtinentibus in computis talium officiariorum negligentium titulis & locis opportunis

HAYKOVA BIBLIOTEKA OHY MOSTU - MEDIATEKA

ante ſummã totius receptæ apponant dictis pſidenti magiſtris & auditoribus alicuius ex dictis officiariis negligẽtis huiuſmodi pœnas p eos cõmiſſas remittendi in totum uel in ptẽ auferentes hoc edicto poteſtatem huiuſmodi remiſſionem uel deductionẽ pœnarũ nobis ſpecialiter reſeruantes: niſi plene cõſtaret ipſis pſidenti magiſtris & auditoribus prædictos officiarios noſtros circa iniunctiones ſibi factas in dictis eorum computis pcedentibus debitam feciſſe diligẽtiam: quo caſu ipſorum officiariorum iuſtam & euidentem excuſationem eiſdẽ pſidenti magiſtris & auditoribus relinquimus admittendam cum remiſſione deductiõe ſeu moderatione pœnarum prædictarum commiſſarum ſi & put eis æquum uidebitur.

¶De feriis ſeruandis & kalendario feſtorum apponẽdo in camera cõputorum. 207

VIrtum diei dominicæ & feſtorum præcipuorum i dicta camera noſtra computorum ſicut i aliis curiis noſtris & tota patria noſtra ſeruari & ſolemnizari iuſſimus uolẽtes ſtatuimus hoc edicto fieri p dictos præſidentem magiſtros & auditores cõputorum noſtrorũ uocatis rectoribus eccleſiarum parochialium uillæ noſtræ chamberiaci unum kalendarium apertum publicum & ſpacioſe ſcriptum i una mẽbrana pgameni: i quo deſcribant cẽs dies feſtiui ſolemnes i ſtatuto noſtro generali de & ſup cultu feſtorum ſupius edicto libro primo deſcripti: & alii ſi q in prædicta uilla noſtra chamberiaci publice & cõiter coli & ſeruari ſint conſueti aut ordinati: ipſumq; kalendarium i ualuis dictæ cameræ noſtræ computorum uel alibi loco patenti & decenti affigi: ut ipſi dies feſtiui ab oĩbus i dicta camera noſtra præſciantur: & ab omni negociatione ceſſet in illis & ſolemniter celebrent.

¶De duobus libris in camera noſtra computorum continue fiendis tenendis: & frequenter uiſitandis. 208

DVos libros in camera noſtra computorum pdicta continue fieri & teneri uolumus & iubemus: In quorum prio oĩa & ſingula patrimonii & fiſci noſtri iura & cõmoda cõcernentia p dictos præſidentem magiſtros & auditores: necnon ſcribas ſeu receptores computorum noſtrorum uel eorum alterum ſeu alteros aduiſata ſeu reperta ad memoriam eorũ deſcribant: & deſcripta ſæpe p ipſos pſidentem magiſtros & auditores reuoluant & uiſitent ad debitã q; pſecutionẽ & effectum loco & tempore cõgruis deducant. In altero uero libro magnæ formæ oẽs & ſingulæ concluſiones: & remanẽtiæ computorũ omnium & ſingulorum officiariorũ nrorũ cauſis & finitis ipſis cõputis diligenter & uere regiſtrent: ad ſciẽdum quãtũ ex ipſis cõcluſionibus nobis p cõputantes debeant uel nos ipſis cõputantibus debeamus.

¶In titulo computorũ redditorũ ſup donis & ſubſidiis domino factis deſcribat ipſa cã donorum uel ſubſidiorum. 209

VT ratio pteriti ſcire faciat futura ppetuo: ſtatuimus edicto: q; dum & quotiens caſtellani et officiarii noſtri computabunt nobis in prædicta camera noſtra de aliquo dono uel ſubſidio gratuito p ſemel nobis p ſubditos noſtros uel quoſcunq; alios uniuerſaliter uel particulariter nobis facto uel conceſſo p ipſos caſtellanos ſeu officiarios exacto pdicti pſidens magiſtri et auditores dictorũ cõputorũ inſerant et inſeri faciant in titulo huiuſmodi cõputorũ recepto cuiuſlibet doni ſeu ſubſidii cãm ipſius doni uel ſubſidii iuxta formã et tenorẽ lrarum nrarum dãtibus ipm donũ uel ſubſidiũ ſup ipſa doni uel ſubſidii cõceſſiõe cõfectarũ.

¶Reuocentur regulæ preteritæ cameræ computorum his ſtatutis contrariæ nouarum regularum edictione ſibi domino refirmata. 210

VT nulla repugnantia ſeu contrarietas inter ſtatuta noſtra præſentia & regulas pteritas dictæ cameræ noſtræ computorũ ſi quæ ſint huiuſmodi factæ ſtatutis noſtris repugnantes ſeu cõtrariæ hoc edicto penitus derogamus & derogatum eſſe uolumus eaſq; in omnibus ſuis capitulis punctis & clauſulis præſentibus ſtatutis noſtris cõtrariis expreſſe reuocamus & caſſamus. In aliis uero non cõtrariis eas inuiolabiliter ſeruari uolumus & iubemus. Condendi nouas regulas in ipſa camera noſtra computorũ in futurum cũ ipſorum præſidentis magiſtrorum & auditorum & ſcribarum deliberatione nobis inſolidũ ſpecialem poteſtatem reſeruantes.

¶De mareſcalis & eorum officio: necnon theſaurario guerrarum.

¶De qualitate officio & iuramento mareſcallorum. 211

SIcut tempore pacis doctoribus iuriſperitis & aliis pceribus ac iuſticiariis p miniſtrãda iuſticia egemus de quorum officiis in ſtatutis noſtris præcedẽtibus ediximus. ſic tempore belli ſeu guerræ ad protectionem et tuitionem noſtrã patriæq; noſtræ et reipublicæ nobis commiſſæ magiſtris militum q apud nos mareſcali nuncupant indigemus p nos aſſumendis uiris generoſis in armis et artibus bellicoſis exercitatis eximiis militiæ decoratis ad exercitus militares conducendos et gubernãdos idoneis. quos ppterea in his quæ ſunt guerrarum & belli cæteris oĩbus militibus & capitãeis noſtris anteferri & præeſſe uolumus & iubemus. Ad quorũ officium ptinere decernimus auctoritatem curam regimen & ſolicitudinẽ tempore guerræ cõducendi & ordinandi cum deliberatione nra ſi præſens fuerimus: Sinautem capitaneorũ militum & aliorũ pcerum aſtantium put ipſis mareſcalis fiendum uidebit exercitus nros militares armigerorũ equitum & peditum ſagitariorum magiſtrorũ bombardarum & canonum ac aliarum artiliariarum. omniumq; & ſingulorũ quæ ad guerram & arma ſiue in defendendo ſiue aggrediendo ptinent & incombunt. Ipſoſq; mareſcalos noſtros ſcire opportet numerũ armigerorũ equitum & peditũ ac ſagitariorũ omniumq; in armis nobis ſeruire debentium & diſpoſitorũ: eorumq; ſtatus & facultates: necnon omnes artiliarias. bombardas: canones: baliſtas: arcus: numerũ ſagittarũ: & uiritonum aliorumq; inſtrorũ bellicorum. Et inde omnia & ſingula in principio guerræ: & ante ingreſſum nobis ſerioſe referre ut plenam noticiam de omnibus & ſingulis nobis ad guerram iminentem neceſſariis habeamus: & ſup inde ſciamus ſi ſufficienter numerũ militarium equitum & peditum & ſufficientiam artilliariarũ ſecũdum qualitatem & onus guerræ tunc iminentis habeamus. ut ſi uiderimus nobis habita non ſufficere de aliis neceſſariis nobis illico prouidere ualeamus. ne quid damni uel icommodi nos aut nram rempublicam ex mora uel negligentia debitarũ puiſionum uel puiſionis neceſſariorũ guerræ ſeu contingere poſſit. Et ut pmiſſa melius ſciri & fieri ualeant: hoc edicto ſtatuimus & iubemus omnibus & ſingulis caſtellanis nris: et eorũ locuntenentibus. Sub pœna trium marcharum argenti puri p quẽlibet eorum negligentem committenda et fiſco nro applicanda. Quatenus quilibet ipſorum caſtellanorum de quinquẽnio in qnquennium nobis ſeu mareſcalis noſtris p tempore exiſtentibus mittat uel apportet p uerum regiſtrum nomina et cognomiua ſubditorum ſue caſtellaniæ nobilium et ignobilium ad arma diſpoſitorum et habilium equitum et peditum ac ſagitariorum. et cuiuſlibet eorum facultatem. Cum autem p nos aſſumenti dicti noſtri mareſcali ad huiuſmodi officiũ iurabunt ſup ſancta dei euangelia in manibus noſtris uel canzellarii noſtri. q; huiuſmodi ſibi cõmiſſum magiſtratus officiũ militũ ſeu mareſcaliæ officiũ ad honorem thuitionem et cõſeruationem totius noſtri ſtatus. noſtræq; totius patriæ ac rei publicæ fideliter et diligẽter omni odio

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY IMENI VELYKOBA

metu fauore. prece uel pcio postpositis exercebunt. & statuta nostra ꝓ posse seruabunt.

¶ Marescali tempore guerrarum sint iudices causarum & negociorꝫ militarium inter armigeros motarum: & ipsis marescalis omnes debent obedire. 212

IPsos autem marescalos nostros iudices & cognitores omnium & singularum causarꝫ & controuersiarum casuum & negociorꝫ militarium inter militares equites & pedites quoscunq; tempore guerræ occurrentium. Necnon dispositores omnium & singulorꝫ ad guerram & bellum incombentium. & ius militare concernentium iuxta regulas ipsius officii marescaliæ cum deliberatione nostra si præsentes fuerimus. Et nobis absentibus aliorum ꝓcerum exercitus de quibus ipsis marescalis uidebit expedire. hoc edicto statuimus & esse decernimus omnibus & singulis armigeris: equitibus: peditibus: & sagitariis in exercitibus & guerris nostris nobis seruientibus eodem edicto mandantes. Quatenus dictis marescalis nostris et singulis in omnibus quæ sunt et erunt belli et guerræ mandatis et ordinationibus prompte pareant et obediant tanq nobis.

¶ Quod de stipendiis armigerorꝫ nihil detrahat aut extorqueat ꝑ marescallos saluis ipsis marescalis iuribus consuetis. 213

IRo mercede labore & supportatione expensarꝫ armigerorũ decet ꝓut dignum & iustum est. & uolumus ꝑ nos esse competeter stipẽdiatos omnes ipsos armigeros equites & pedites ac sagittarios nobis in guerris seruientes iuxta gradus & status eorundem. ¶ Quæ quidem stipendia singulis eorꝫ ꝓut consuetum est solui & expediri uolumus & iubemus ꝑ thesaurarium nrm guerrarꝫ ex integro. Dictis marescalis & thesaurario guerrarꝫ nris ꝑsentibus & futuris inhibentes hoc edicto. ne de ipsis stipendiis armigerorꝫ nrorum quorũcunq; quic̃q extorquere exigere seu retinere sibi ꝑsumant nisi quod antiquo tempore retineri erat consuetum. Sub pœna indignationis nostræ una cum restitutione receptorꝫ seu retentorum eis a quibus receptum fuerit in quadruplum facienda. suiq; priuationis officii qui cõtra hoc edictum attemptare presumpserit.

¶ Quod armigeri uel pedites ac sagitarii non auferant uictualia transeundo uel munitiones tenendo ab inuitis. 214

IVia militares debent esse contenti stipendiis sibi datis hoc edicto ꝓhibemus omnibus & singulis marescalis capitaneis militibus & armigeris equitibus & peditibus ac sagitariis nobis in armis & guerris seruientibus præsentibus & futuris. ne transeundo ꝑ loca patriæ nostræ aut munitiones castrorꝫ uillarum aut passuum tenendo sint onerosi aut damnosi quibuscunq; subditis nris mediatis & ĩmediatis: aut ecclesiasticis uiris seu eorꝫ hominibus & subditis nec ab eis uictualia uel quæcũq; alia bona auferre seu extorquere aut recipere ꝑsumant. nisi ꝙ eis uoluerint sponte & liberaliter dare. Sub pœna indignatiõis nostræ. una cum restitutione ablatorum seu extortorũ damna passis facienda. ¶ Quoniam sicut uolumus ipsos militares nros esse strenuos audaces & feroces contra hostes. sic eos iubemus erga subditos nros & patriæ nostræ incolas esse mites & innocuos.

¶ De officio thesaurarii guerrarum eiusq; qualitate & iuramento. 215

IThesaurarium nostrum guerrarum assumere nos decet uirum fidelem ꝓbum cautũ & discretum de patria nostra natiuum & in facultatibus idoneum. Ad cuius officiũ incombere decernimus durante guerrarum tempore & expeditione ꝑsonaliter & continue

marescalis nostris ipsarum guerrarũ dispositoribus assistere ad scribendum & registrãdum in libro sui officii nomina & cognomina omnium & singulorũ capitaneorum militum armigerorum equitum & peditum ac sagitariorũ nobis in ipsis guerris seruientium. eorumq; gradus & status in quãtitate & qualitate ꝑsonarum ꝓut & quẽadmodum ipsi militares & stipendiarii nostri ꝑ dictos marescallos in mõstris eorum erunt usitati recepti ac approbati. Et insup ad dictum thesaurarii officiũ ꝑtinere censemus solutionem omnium stipendiorum dictorum armigerorum equitum peditum & sagitariorũ ac aliorum stipẽdiatorum iuxta gradus eorum integraliter ꝓut eis cõstituta fuerint de pecuniis nris sibi ꝑ thesaurarium nrm generalem traditis iuxta ordinationem dictorum marescallorum facere sine retentione extortione donorumq; uel munerũ receptione quacunq; nisi iurium marescallorum antiquitus consuetorũ ut iam statutũ est. Sub pœna quadrupli eius quod extorserit uel retinuerit contra formam huius edicti. Idem thesaurarius ꝑ eum extortis restituendi & priuationis sui officii Necnon de omnibus & singulis gestis receptis & libratis in exercitio dicti officii post expeditionem cuiuslibet guerræ nobis integraliter in camera nra computorũ ipsum thesaurarium guerrarum obligatum esse ad computandũ cum restõne reliquorum. Cum autem idem thesaurarius ad huiusmodi officiũ ꝑ nos assumet iuramentum solemne sup sancta dei euangelia in manibus nostris uel canzellarii nostri ꝑstare tenebit. omnia & singula in ꝑsenti & cæteris huiusmodi tituli capitulis suum prædictum officium concernẽtia cõtenta: & deposita: cæteraq; ad ipsum officiũ incõbentia fideliter & diligenter exercet & ꝓ uiribus obseruare.

¶ De modo tenendo in monstris & rotulis inde fiendis per thesaurarium generalem guerrarum. 216

IOnori pariter & utilitati nris nostrorumq; militarium: & stipendiariorꝫ fauere uolentes statuimus hoc edicto. ꝙ ĩ monstris ipsorꝫ militariũ & stipendiariorꝫ nostrorꝫ equitum & peditum ꝑ marescallos nros nullus ad militãdũ seu in armis nobis seruiendũ admittat nisi in equis armis balistis arcubus & cæteris necessariis ad arma exercendũ fuerit sufficienter munitus & ꝓuisus ad arma habilis iuxta decentiam sui status. Quicunq; uero ꝑ dictum thesaurariũ nrm guerrarꝫ ibidem asistentem una cum alio ꝑ nos si uiderimus expediens fideli adiungendo in libro dictarꝫ monstrarum cum speciali designatione nominũ & cognominum graduũ & statuum cuiuslibet eorꝫ ordinate registrari. Iubemus deinde copiam ipsius registri de uerbo ad uerbũ in rotulo factam & ꝑ ipsum thesaurariũ signatã & clausam illico completo dicto registro fieri. & statim factam mitti ad cameram nram computorum. Et si fuerit dicto thesaurario adiunctus deputatus ipsam copiam idem adiunctus signare teneat cum signeto dicti thesaurarii. ¶ Rursus ad tollendam omnis suspitiõis maculam iubemus hoc edicto durante guerrarꝫ expeditione sepius fieri ꝑ dictos marescallos nros ꝓ tempore exercitus præsidentis præsentibus dictis thesaurario adiuncto reuisiones monstrarꝫ prædictarum de qualibet reuisione fieri ꝑ dictum thesaurarium cum adiuncto scriptum seu registrum armigerorꝫ & stipendiariorꝫ defunctorꝫ cassatorum & ad ꝑtes redeuntium una cũ diebus obitum cassationũ seu regressuum eorũdem. Et de huiusmodi scripto seu registro copiã signatã & clausam modo ꝑdicto statim fieri & mitti ad camerã nram prædictã: ut sine fraude & suspitione quacunq; nra & stipendiorꝫ nostrorꝫ negocia in hac ꝑte ꝓcedant.

¶ De magistris hospicii domini. ac eorum officio.

¶ Necnon de scriba expensæ ipsius officii.

¶ De qualitate officio & iuramẽto ipsorꝫ magistrorꝫ. 217

HAYKOBA BIBLIOTEKA

MAgistros hospicii nostri nos decet habere & assumer uiros insignes: fideles: pbos: circunspectos: solicitos. morumq; uenustate pollentes. Ad quorum officium spectare decernimus curam regimen & administrationem hospicii nostri ad decorem & honorem nostri status. ut ibi uiuat honeste & decenter sine indigentia sineq; superfluitate specialiter habere & exercer. Magistros aulæ & panatariæ: bottilliariæ: coquinæ: scribam expensæ apothecarum: forerios: lardonerios: formerios: pulsores: hostiarios: & alios officiarios: & seruitores officiariorꝝ dicti hospicii nostri. Quos dictis magistris hospicii & eorꝝ mandatis subesse uolumus sæpe aduisare & instruere sup fideli & diligenti officiorꝝ prædictorũ sibi cõmissorum executione & eis iniungere ea quæ ad dispõnem statumq; debitum & honestũ nostri prædicti hospicii uiderint eis iniungenda numerũq; officiorũ ipsorum & seruitorum put oneri & utilitati nostris uiderint expedire. moderate aut moderationem p nos fiendam referre ipsos officiarios & seruitores ne sint blasfemi dei & sanctorũ: lusores: meretricũ sectatores: ebriosi: rixosi: mendaces aut alias iniuriosi: lubrici: discoli: inhonesti: frequẽter docer & aduisare ostẽdentesq; in illis iuxta gradus psonarum. primo corrigere uerbo deinde facto iuxta statutorũ nrorum & regularum dicti nostri hospicii sanctiones punire aut incorrigibiliratem eorꝝ maxime maiori officiariorꝝ nostrorꝝ uel consilio nostro nobiscum residenti referre. Incorrigibiles supfluosq; & inutiles seruitores ab officio expeller: Necnon ipsis omnibus ne cibaria uinũ. & alia uictualia ipsius hospicii nostri extra palatiũ castrũ seu domũ nostræ habitationis latenter: uel alias sine ipsorum magistrorꝝ hospicii licentia apportare psumant phibere. & delinquentes p modo culpæ castigare orrea. celaria. lardarium: apothecam specierum & alia loca in quibus uictualia hospicii nostri reponunt sæpe uisitare. Ipsaq; loca uictualibus necessariis muneri pcurare. pulsionesq; largas & necessarias ipsorꝝ uictualium tẽporibus congruis sumptibus nostris facer aut fieri mandar cum effectu. sic q; dictum hospicium nrm sit continue omnibus necessariis uictualibus psonis & equis decenter munitum. Solemnes psonas & ambaxiatores curiam nram adeuntes secũdum gradus eorꝝ uisitare & uisitari facere. puidendo q; honeste logient & p hospites gratiose & curialiter tractent eis uina & fercula de hospicio nro frequenter offerre seu mittere. ¶ Hospites loci nostræ residẽtiæ sæpius aduisare q; hospites eorꝝ ad curiam nram accedentes honorabiliter recipiant & resiciant. sintq; uerbis & factis eis obsequiosi & gratiosi. ¶ Et ut ipsi hospites recipientes liberius hoc facer ualeant puideant dicti magistri hospicii nostri: q; nostri curiales officiarii & seruitores quicunq; ipsis hospitibus onera aliqua non iferant domos seu cameras aut stabularia eorꝝ occupando uictualia turbando seu alias impediẽdo. ¶ Quæ quidẽ omnia præmissa & alia ad officium magisterii dicti nostri hospicii incombentia & in regulis seu ordinationibus ipsius officii factis & fiendis sunt & erunt comprehensa: prædicti magistri hospicii nostri dũ assument ad ipsum officium sup sancta dei euangelia in manibus canzellarii nostri iurabũt p uiribus obseruare. Iuramentaq; ipsorꝝ officiariorum & seruitorum prædictorum sibi subiectorum iuxta qualitatem cuiuslibet opportuna quando ipsos officiarios & seruitores assumi continget recipient. & ipsos ad obseruationem statutorum nostrorum officia sua concernentia debitis remediis compellent.

¶ De auctoritate & iurisdictione magistrorꝝ hospicii. 218

QUia magnos magna haber decet hoc edicto statuimus & ordinamus omnes & singulos officiarios & seruitores nostri hospicii in capitulo pxime præcedenti designatos & quoscunq; alios domesticos & curiales nostros exceptis consiliariis militibus cambellianis scutiferis capellanis: secretariis: seruitoribus capellæ: pagiis camerariis: & mulieribus quorũcunq; statuum exceptis lauatricibus pannorum lineorum subesse foro districtui iurisdictiõi: & imperio dictorꝝ magistrorum hospicii nostri pro tempore ipsum magisterium exercentium uidelicet in criminalibus de & super delictis iniuriis: & offensis in nostris hospicio: & curia commissis. de & super quibus iurisdictionem punitionem: & correctionem omnimodam. citra tamen: & dumtaxat ultimum supplicium. membriq; mutilationem dictis magistris hospicii nostri p tempore officiũ exequentibus in prædictos subiectos suos hoc edicto relinquimus atq; damus. ¶ In ciuilibus uero dictos magistros hospicii causas: & questiones dictorum officiariorum: & seruitorꝝ nostrorꝝ prædictis magistris hospicii nostri subiectorꝝ inter eos in prædicto hospicio motas exceptis causis de bonis immobilibus patrimonialibus: aut actionibus realibus rerum immobilium quæ coram iudicibus ordinariis sunt tractandæ audiendæ decidendæ: & sine debito terminandæ summarie simpliciter: & de plano sine iudicii strepitu ordine uel figura. sed sola factorũ: & negociorꝝ ueritate inspecta ius unicuiq; quod suum est. aut erit tribuendo: Decernimus hoc edicto habere: & eis concedimus liberam potestatem: ut quisq; dictorꝝ seruitorum nostrorum breui iustitia: aut amicabili compositiõe dictorum magistrorꝝ hospicii de suis causis sic fideliter: & breuiter expeditus seruiat nobis in læticia: & promptius exhibeat debitum famulatum.

¶ Prouideant magistri hospicii ne uenatores aut auicularii sint pro eorꝝ expensis aliqbus onerosi. 219

PRouidentiæ magistrorꝝ hospicii nostri inter cætera decernimus incombere taliter disponere: & refrenare uenatores: & auicularios nostros: q; exercendo suas uenationes aut uisitando siluas: & loca uenatica pro expensis eorꝝ canũq; & auium quos secum ducent & portabunt. ne sint aliquibus personis ecclesiasticis: & laycis onerosi panem: & alia uictualia pro se & canibus: & auibus suis ab aliquo extorquendo capiendo aut pecunias uel aliud quodcunq;. ne domos eorꝝ intrent ab eis exigendo seu alia quæcunq; damna uel grauamina eis inferendo. tales exactiones seu extorsiones eisdem uenatoribus: & auicularis nostris præsentibus & futuris: Sub pœna bannitionis perpetuæ a nro hospicio districte prohibentes.

¶ De scriba expensæ domi hospicii.
eius officio & iuramento. 220

INter cæteros dicti hospicii nostri officiarios: & seruitores scribam expensæ nostræ ipsius hospicii uirꝝ fidelem: prouidum: probum: & solicitum expedit nos habere magistro hospicii p tempore magisterium exercenti continue assistentem. ad cuius officium spectare decernimus omnes: & singulas pulsiones quorũcunq; uictualium ad usum: & expensas dicti nostri hospicii factas: & obuenientes. nec non totam expensam ipsarũ pulsionum singulis diebus in eodem hospicio nro factam particulariter: & integraliter in libro dictæ expensæ penes eum conseruando scribere: & registrare. Sicq; p huiusmodi registrum tota expositio: & administratio dicti nostri hospicii sciri ualeat. & nihil de cõtingentibus occultari. ¶ Cætera q; omnia ad ipsum scribariæ officium dictæ expensæ iuxta regulas & ordinationes eiusdem hospicii nostri p nos factas & fiẽdas: necnon præcepta magistrorꝝ prædictorꝝ hospicii pro tempore regentium ptinentia cum omni pbitate ueritate: & diligentia fideliter exercere. Super qbus omnibus sic ut præfertur per ipsum scribam exequẽdis eundem scribam cũ ad ipsum officium assumetur ad sancta dei euangelia in manibus magistri hospicii tunc regentis astringi uolumus proprio iuramento.

HAYNOSAMEBIOTHECA OHYMEHI I.O. ЕВАНЖИКОВА

¶De prouisonibus uictualium ad usum: & expensam hospicii domini.

¶De qualitate officio: & iuramento ipsorꝝ prouisorum. 221

PRouisores uictualium ad usum: & expensam nostri hospicii necessariorꝝ expedit nos habere uiros prouidos: probos: & solicitos ad merchantiam uictualium expertos: & in facultatibus idoneos. Ad quorum officiū decernimus pertinere blada: uina: carnes grossas & minutas. caseos: oua: pisces: salsos: & recentes: oleum: butirum: sal: & cætera omnia uictualia ad prædicti nostri hospicii expensam necessaria in locis: & temporibus cōgruis ad ipsa emenda: & in quibus melius forum haberi poterit prouidere: & emere a personis ea uendere uolentibus. uel ī foris uel in nundinis publicis ea uenalia exponentibus iustis: & rationabilibus præciis p ipsos ꝓuisores nr̄os eisdem uenditoribus ipsorꝝ uictualium soluendum. omni uiolentia omniq; extorsione cessante. Emptaq; ad hospicium nostrū cōducere cum debitis: & examinatis bene p magistros dicti nr̄i hospicii ꝓ tempore gubernantes. aut eos quibus duxerint cōmittendum præsente scriba expen̄. dicti nr̄i hospicii. Et omnia particulariter & distincte registrare numero: pondere: & mensura iuxta ipsorꝝ uictualium ꝓuisorꝝ qualitates. Cum autem assumen̄t: & dicti prouisores ad ipsum officium eos: & eorꝝ quēlibet astringi uolumus: & iubemus ꝓprio iuramento ad sancta dei euangelia ī manibus magistri hospicii tunc regentis cuius foro: & iurisdictioni sicut statutum est de aliis officiariis: & seruitoribus dicti nostri hospicii dictos ꝓuisores subesse decernimus solēniter præstando q̄ omnes & singulas uictualium p̄dictorꝝ ꝓuisiones faciant fideliter: & probe sine quacūq; fraude sineq; omni uiolentia exactione seu extorsione grauamine uel oppressione uenditorum superfluas prouisiones uel retentiones seu signationes animalium: & aliorum uictualium non faciant.

¶Victualia empta quæcunq; alteri nō reuendant. aut de ipsis domos suas. aut macella non muniant ad uendendum: nulla dona munera. aut aliud a quocūq; recipiant exigent uel extorquebūt. nec alicui ex magistris consiliariis seu officiariis nr̄i hospicii dabunt ne ꝓpter acceptationem ipsi ꝓuisores in suis excessibus tollerent. necnon præsentia statuta nr̄a ac regulas nostri hospicii factas: & fiendas officium p̄dictum dictorꝝ prouisorꝝ concernentes pro uiribus obseruabunt.

¶Qualiter in emendo uictualia prouisores se debent gerere. 222

AD occurrendum dictorum prouisorꝝ excessibus q committi possent subditorūq; incōmodis hoc edicto prohibemus omnibus: & singulis ꝓuisoribus nostris ne a quibuscunq; p̄sonis ecclesiasticis uel laycis uictualia q̄cunq; prætextu dicti sui officii uel alias quouismodo uiolenter: & de facto subtrahere uel auferre præsumant. Sed potius ipsa uictualia ab habentibus: & uendere uolentibus cum gratioso tractatu ac iustis præciis inter ipsos uenditores & emptores: & concordanter emant. & de eisdem præciis ipsis uenditoribus antequam uictualia empta secum deferant uel ducant plene satisfaciant. sic q̄ contenti remanant nihil de ipsis præciis sibi usurpando uel retinendo. aut ab ipsis uenditoribus pro relaxatione animalium uel aliorum uictualium signatorum uel retentorum extorquendo: exigendo uel recipiendo. Si uero quando: & quotiens dicti prouisores nostri non poterunt cum uenditoribus uictualium de præciis concordare. tunc ipsi prouisores recurrant ad castellanos seu officiarios nostros locorum. qui uocatis duobus ex sindicis. Et ubi non erunt sindici duobus aliis probis uiris ipsorum locorum uictualia per dictos prouisores nostros pro nobis emenda per ipsos sindicos: seu probos uiros. aut alios in talibus merchantiis expertos iuste faciant appreciari. Et omnia ipsa uictualia sic empta & appreciata per scribas curiarum suarum penes se faciant in scriptis registrari cum speciali designatione nominum: & cognominum uenditorum: & emptorum: quantitates: & qualitates ipsorꝝ uictualium dierūq; & locorꝝ ipsarum emptionum: copiamq; ipsius registri manu scribentis signatā nobis quater in anno uidelicet intrantibus mensibus ianuarii. Aprilis iulii: & octobris clausam mittant uel aportent. ut p hoc scire possimus si qd fraudis in nostrum uel subditorꝝ nostrorum grauamen fuerit in emptoribus dictorꝝ uictualium per ipsos prouisores perpetratū.

¶Prohibemus insuper dictis ꝓuisoribus ne aliquem uel aliquos ad suum officium exequēdum loco sui subrogare præsumant. nisi de licentia: & consensu magistri hospicii nostri tunc regentis: In cuius manibus ipsi subrogati iuramētum suprascriptum præstare tenebuntur.

¶Si quis aut dictorꝝ ꝓuisorum nostrorum uel subrogatorum: quos subrogatos periculo & onere subrogantium fore decernimus contra formam: & regulas statutorum nostrorꝝ huius tituli quicq̄ facere præsumpserit utpote uictualia uiolenter seu de facto uendere nolentibus auferendo superflua emendo. signando uel retinendo sine preciorum iustorum solutione ea capiendo & retinendo. aut sine contentatione debita uenditorum recedendo ipsa uictualia alteri reuendendo uel ad usus proprios ad mercandum sibi retinendo a uenditoribus pro relaxatione animalium uel aliorꝝ uictualium signatorum quicq̄ extorquēdo uel recipiēdo munera uel dona quæcunq; dando uel faciendo. aut alias ipsa statuta nr̄a quomodolibet transgrediendo ꝓ qualibet transgressione decem librarꝝ fortium eo ipso se nouerit incurrisse fisco nr̄o persoluendarꝝ in pœnam unam cum restitutione dupli omnium oblatorum. seu extortorum per ipsos ꝓuisores. ¶Et ut circa præmissa nullus dictorꝝ prouisorꝝ nr̄orꝝ seu subrogatorꝝ suorꝝ tergiuersari ualeat uolumus: & iubemus hæc statuta nostra officium dictorꝝ prouisorꝝ concernentia per singulas ciuitates: uillas: & loca insignia singulosq; bayliuatus patriæ nostræ in foris publicis bis in quolibet anno uidelicet in primo foro post festum pasce. & post festum omnium sanctorum uoce preconis coram omnibus publicari.

¶De cambellanis: & scutiferis scutiferiæ domini ac eorum officiis. Et de eorum qualitate & iuramento. 223

AMbellanos & scutiferos nostros scutiferiæ inter cæteros nobis obsequētes decet nos habere: & assumere uiros nobiles: spectabiles: prudētia: honestate: moribus: & uirtutibus ac probitate commendabiles: & pollentes. Quos & eorꝝ quēlibet in eorꝝ assumptione iureiurando ad quod consiliarii nostri per statuta nostra præstandum & in eorum assumptione sunt obligati astringi uolumus & iubemus.

¶De officio & auctoritate cambellanorum. 224

AD officium cambellanorum nostrorꝝ spectare cēsemus hoc edicto curam: & solicitudinem uisitandi gardamrobam nostram. & omnia quæ ibidem reponunt̄. Videlicet iocalia: & uasellam auri & argenti. uestimenta: cameras tensas: tapicerias: pannos sericeos: lineos: & laneos. aliaq; uniuersa habilimenta: & ornamenta ad statum & decorem personæ nostræ pertinentia. Exceptis his quæ ad officium scutiferiæ pertinere debent inferius declaratis disponendiq; cum omni diligentia. q̄ omnia ipsa prædicta bene secure: & munde conseruentur. necnon nobis referendi si quæ necessaria ad statum nostrum ibi desint. aut propter uetustatem uel alias reparatione indigeant: ut defectum supleri faciamus.

HAYNOBA BIBLIOTEKA OHY in MEMEMKOBA

¶Quod omnes seruitores cameræ domini subiiciantur cambellanis.

225

OMnes & singulos cameræ nostræ: officiarios & seruitores. utpote hostiarium: barbitonsorem: sartores: pelliparios: bordatores: tapicerios: aurifabros: & eius cameræ famulos hoc edicto decernimus: & iubemus subesse præceptis disciplinæ: & correctioni cābellanorum nostrorꝫ prædictorum uidelicet illius uel illorꝫ qui pro tempore omnium cambellaniæ officiū exercebunt. ¶ Volentes: & mandantes eisdem cambellanis quatenus prædictos omnes officiarios seruientes: & famulos dictæ cameræ nostræ diligenter: & frequenter moneant: & instruant super singulorum eorundem officiis: & oneribus debitis & cōsuetis p eos fideliter exequēdis. Et maxime circa mundiciam: & custodiam continuam nr̄arꝫ prædictarꝫ cameræ nostræ garderobæ. retractuum & repositorum in eisdem. Auisentq; dictos famulos ipsius cameræ. ne ipsam cameram nostram unquam sine custodia: et præsentia saltem unius eorum relinquant nec in nostra absentia quenquam intrare permittant. præter scutiferos: et alios intrare consuetos. ¶Omnibus et singulis ipsis officiarius seruitoribus: & famulis dictæ cameræ hoc eodem edicto præcipientes. quatenus prædictis cambellanis ipsum officiū cambellaniæ pro tempore regentibus. In et super concernentibus ipsum officium prompte pareant: et obediant tanq̄ nobis: Sub pœnis per eos cambellanos nostros negligentibus seu inobedientibus imponendis: et exequendis.

¶De officio scutiferorum scutiferiæ.

226

SCutiferum nostrorum scutiferiæ officio censemus incombere hoc edicto pagios nr̄os ad omnes mores honestos necnon ad ea quæ eis pertinent facienda perseuerantur instruere eisq; de habiliamentis personalibus eis necessariis expensis nostris prouidere. arnexia: et arma nostra bellicosa: uexilla penones: extendardos: temptoria: papiliones: cofros: & omnia alia ad statum guerræ necessaria nobiscum uehenda. necnon equos & mulos personæ nostræ ac etiam curruum: & summariorum nostrorum ipsorumq; sellas: brillas: guarnisiones: coperturas: arnexia: & guarnimenta currus quoq; quadrigas: lecterias: bachuta: uallisias: & cætera incombentia sæpius uisitare. an bene uisitare teneantur & conseruentur. Et circa ipsorum equorum: mulorum: & aliorum omnium prædictorꝫ decentem gubernationem atq; custodiam palafrenarios: stabularios: marescalos: sellerios: quadrigarios: summagiarios: armifabros: & alios seruitores nostros ad eadem deputatos continua: & maxime dum opus erit monere: & aduisare & eis præcipere instructionemq; opportunam circa ea facere. Ipsos quoq; omnes pagios sūmagiarios armifabros palafrenarios: stabularios: marescallos: sellerios: quadrigarios: & alios seruitores nostros ad eadem deputatos continue: & maxime dum opus erit monere: & aduisare: & eis præcipere instructionemq; opportunam circa ea facere ipsosq; omnes pagios summagiarios: armifaboros: & alios supradictos: si & quotiens in suorum officiorum executione prout ad quemlibet eorum spectabit reperientur negligentes seu delinquentes inferendis corrigere iuxta personarum negligentium: & delictorum qualitates. ¶Et si per uisitationem prædictam uel alias dictis scutiferis nostris scutiferiæ appareat in dictis equis: mulis: arnexiis: & cæteris præmissis ad statum personæ nostræ tam pacis q̄ guerræ necessariis aliqua deesse seu reparatione egere. nobis omnes huiusmodi defectus illico significare: ut super necessariis tempore congruo sufficienter nobis prouidere ualeamus. Ambaxiatores quoq; & alias solemnes personas curiam nostram adeuntes iuxta eorum gradus: & status uisitare sociare: & decenter tractare. Et insuper prouidere q̄ in camera nostra paramenti decenter seruiatur de torchiis secundum temporum: & personarum occurrentiam. Et de his & aliis circa huiusmodi prouisionem officium magistrorum hospicii nostri tangentibus: ipsos magistros pro tempore tāgentes aduisare. nec non in computis qui inde fient per officiarios nostros dicti hospicii coram dictis magistris hospicii cum ipsis magistris adesse. ¶Et generaliter omnia: & singula ad honorificationem nostri status officio scutiferiæ prædictæ incombentis & consueta per nos quæsi & quando opus erit ordinanda fideliter & diligenter exercere: & adimplere. Super quibus omnibus præmissis: & aliis in statutis nostris huius tituli comprehensis ipsum officium scutiferiæ concernentibus diligenter: & fideliter exequendis prædictos scutiferos nr̄os: cum ad prædictam scutiferiam assumentur astringi uolumus: & iubemus proprio iuramēto ad sancta dei euangelia in manibus nostri canzellarii præstando.

¶Cambellani & scutiferi & cæteri seruitores: & frequentatores cameræ dominicæ se abstinere debent a turpiloquiis: & uerbis inordinatis.

227

QVantum gratiæ & p̄sentiæ nostræ priuatiōem euitare uoluerint p̄dicti nr̄i cambellani: scutiferi scutiferiæ: officiarii: seruitores: & famuli dictæ cameræ nostræ: & alii domestici nostri caueant omnino ab omni adulatione dei: & sanctorꝫ blassemia detractione mendatio turpiloquio damni uel nocumenti cuiuscunq; sugestione turpiq; uel alia ordinata locutione publice uel priuate coram nobis proferendis. Talia etenim aborremus: sed semper uerba honesta fructuosa: & temperatæ lætitiæ habeant in labiis suis: quoniam talibus delectamur.

¶Qualiter dicti cambellani: & scutiferi debent procedere ad emendas prouisiones necessarias ad statum domini.

228

VT sine suspitione quacunq; dicti cambellani: & scutiferi nostri scutiferiæ circa prouisiones: & emptiones iocalium uasellæ auri & argenti: gēmarum: & pannorꝫ sericeorꝫ laneorꝫ & lineorꝫ uestium: pagiorꝫ librationum q; nr̄arꝫ generalium: necnō equorꝫ mulorum sellarꝫ: arnexiorꝫ. & cæterorꝫ habiliamētorꝫ nobis & statui nr̄o necessariorꝫ procedere ualeāt. Statuimus hoc edicto q̄ quando: & quotiens continget aliqua ex p̄missis uelle emere: & de ipsis nobis p̄uidere: fiat ante omnia per ipsos cambellanos: seu scutiferos nr̄os: tunc p̄sentes qbus duxerimus huiusmodi emptiones seu p̄uisiones cōmittendas: unus rotulus in quo particulares: & seriose describant: & designent omnia: & singula emenda cum ipsorꝫ qualitate. Deinde duplicet idē rotulus: ita q̄ unus remaneat penes nos: & alius statim mittatur ad thesaurarium nostrū generalem p unum ex caluacatoribus nr̄is uel alium securum nunciū clausus uel ipsi thesaurario manualiter tradatur si tunc fuerit præsens in nr̄a curia. Qui quidem thesaurarius ipso rotulo uiso diligēter: & fideliter sine dolo inquirat ubi uiderit ingrendum a merchatoribus res nobis tunc necessarias uenales habentes de & sup ipsis rebus emendis: & earꝫ præciis. Et ipsas res diligenter uisitet: & inspiciet discurrendo p plures merchatorꝫ apothecas seu receptacula: ut scire possit a qbus: & ubi poterunt haberi res meliores: & cū meliori foro. Et deinde omnia & singula inq̄sita uisa: & inspecta una cum præciis sine dolo cū uendentibus rescriptis nobis seriose rescribat: & ad nos ueniat personaliter relaturus: ut tunc deputemus unum uel duos de p̄dictis cambellanis uel scutiferis nostris secundum negocii exigentiam: & nostrū bene placitū ad emendas res p̄dictas p̄sente dicto thesaurario: & alio

HAVROŇ BROUMOV - MEDIÁLNÍ KNIHOVNA

uel aliis: si quem uel quos eis adiungere uoluerimus. Qui cum ipsis cambellanis seu scutiferis nostris ad hoc deputatis ad præcia rerum ipsarum emendarum cum merchatoribus eorūdem moderanda: cessantibus omnibus druliis donis; & omnibus quibuscunq; sinistris uices suas fideliter interponant. Quibus quidē rebus sic emptis: & appreciatis dictus thesaurarius de præciis ipsarum rerum uenditoribus earum in promptu satisfaciat: & manualiter uolentes: & ordinantes numerationem: & traditionem dictorum pciorum rerum emptarū: necnon facturarum uestimentorum: guarnisionum: bordurarum: & omnium aliarum operationum nostrarum soli thesaurario nostro prædicto pertinere completis operariis: & taxatis per dictos cambellanos seu scutiferos: & thesaurarium: ac alios si quos cū eis duxerimus deputandos una cum liberatione: & expeditione expensarum ipsorum cambellanorum seu scutiferorum nostrorum: & aliorum iunctorum per tempus quo uacabūt ad præmissa ipsos castellanos seu scutiferos a palpatione: & libratione pecuniarum pro præmissis omnibus exponendarum pænitus absoluentes hoc ædicto: ut euitetur circuitus: & in uolucrum in rotulis: & in computando de præmissis: ad quem quidem cōputum inde reddendum solum thesaurarium decernimus fore obligatum. ¶Ad euitandam inde omnem tergiuersationē circa præmissa: & similes pecuniarum nostrarum implicationes: & librationes: statuimus & uolumus statim completis dictis emptionibus: librationibus: & implicationibus fieri per dictos cambellanos: scutiferos: thesaurarium: & alios ad hoc missos unum rotulum omnes: & singulas res emptas: & earum præcia: nominaq; merchatorum a quibus empta fuerint particulariter: & specifice continentem & ipsum rotulum nobis exhiberi de recenti. Et nihilominus completis operagiis unum alium rotulum per dictos cambellanos: scutiferos: thesaurarium & alios si qui sint adiuncti statim fieri uolumus: & iubemus numerum quantitates: qualitates: & taxationes ipsorum omnium operagiorum una cum nominibus personarum operantium: ac earum pro quibus ipsa operagia facta erunt specialiter: & districte continentem nobis illico exhibendum. Quos quidem rotulos penes nos remanere uolumus duplo eorūdem penes dictum thesaurarium nostrum remanente: super quo litteras nostras allocatoriias præsidenti magistris: & auditoribus nostrorum computorum dirigendas dicto thesaurario nostro concedere debeamus ad intrandum huiusmodi in ipsius thesaurarii nostri computis habita: & exhibita prius in camera nostra computorum cōfessione de recepta tam a merchatoribus uenditoribus rerum q̄ operariis operagiorum prædictorum.

¶Cambellani seu scutiferi deputati debent esse præsentes in incisura uestium: & fodraturarum: & reliquias pannorum: & pellicearum conseruare. 229.

DVm nostra & librationum nostrarū uestimenta: & fodraturæ sindentur dictos cambellanos seu scutiferos nostros ad hæc deputatos præsentes esse uolumus ne qd fraudis uel rapinæ per incisores committi ualeat: Et quicqd superfuerit de pannis seu pelleteriis nostris integraliter ad gardam robam nostram faciant ipsi cambellani seu scutiferi nostri deportari & reduci.

¶Decretorum dominicalium: liber secundus explicit.

¶LIBER TERTIVS DECRETORVM DOMINICALIVM. INCIPIT.

¶De baronibus banneretis & aliis iurisdictionem habentibus. ca. 1

BArones bāneretos & alios uassallos nostros merum & mixtum imperium omnimodamq; iurisdictionē altam mediam & bassam: uel dūtaxat mixtum imperium mediamq; uel bassam iurisdictionem habētes: quēlibet eoꝝ iuxta modū mensuram & gradum suæ preheminētiæ & ptātis cōsuetæ iudices ordinarios & appellationū eos uidelicet qui iudices appellationū habent & habere cōsueuerunt ad audiēdas decidendas cognoscendas & diffiniendas cās & lites criminales & ciuiles: necnō castellanos & scribas seu notarios curiarum suarum tam iudicū q̄ castellanoꝝ: mistralesq; seu seruientes ipsarum curiarum & cæteros officiarios ad iusticiam ī suis territoriis & locis solitis debite exercendam & ministrādam secundum statuta nostra formamq; iuris in patria: iuris & consuetudinis ī patria consuetudinis. Hoc edicto statuimus constituere & habere uiros ꝓbos prudentes ad exequenda sibi commissa officia idoneos & expertos: ꝑ quos quidem iudices eoꝝ tam ordinarios q̄ appellationum: castellanos & mistrales & alios officiarios quoscunq; omnia & singula ꝑ nos in statutis nostris iudicibus castellanis & cæteris officiariis nostris quibuscunq; circa audiendas decidendas & diffiniendas causas sententias ꝓferendas & eaꝝ executiones faciendas cognitionesq; castellanoꝝ ipsorumq; & scribarum curiarum tam iudicialium q̄ castellaniaꝝ exercitia in ꝓcessibus inq̄sitionalibus faciēdis bānis pœnis & mulctis imponendis & declarādis: ipsisq; & aliis iuribus nr̄is exigendis: necnon circa ipsoꝝ oīum officiarioꝝ nostroꝝ ꝓhibitas parcialitates illicitas incarcerationes: detentiones: arrestatiōes: extorsiones: drulias: barras: saysiuas iniustas: aliasq; oppressiones: ac donorum munerum pensionum & sportularum exactiones & receptiones præcepta ꝓhibita ꝓut in ꝑdictis statutis nr̄is continet pari forma uolumus & præcipimus obseruari: uidelicet ꝑ eoꝝ quēlibet iuxta modum & mensuram sue iurisdictionis & dominii. Eisdem baronibus bāneretis & aliis uassalis nr̄is iurisdictionem habētibus & eoꝝ singulis secūdum modum & mensuram ꝑdictos correctionem & punitionem prædictorum iudicum castellanoꝝ scribarum mistralium & aliorum officiarioꝝ suoꝝ de & sup his quæ ipsi officiarii in suoꝝ officioꝝ exercitiis cōmittent & relinquent: necnon exactionem & ꝓceptionem pœnaꝝ: ī quas ipsos officiarios ex non obseruātia statutorum nostrorum cōtinget icidere penitus relinquētes: & ad ipsos barones bāneretos & alios uassallos nr̄os iurisdictionē habētes iuxta modū suum: ut præfertur pertinere hoc edicto decernentes & uolentes una cum aliis ipsorum baronum bāneretorum & aliorum prædictorum uassallorum nostrorum preheminentiis prerogatiuis & honoribus quibus per statuta nostra uel alias derogare seu præiudicare nō intēdimus nec uolumus superioritatibus & resortis ipsorum baronum bāneretorum & aliorum prædictorum nobis & nostris semper saluis.

¶Iudices baronum bāneretorum & aliorum iurisdictionem habentium poterunt causas audire & diffinire ī territoriis īmediatis domini: exceptis sententiis criminalibus. 2

VT facilius & cum minori expensa præfati barones bāneretī & cæteri uassalli nostri iurisdictōem habentes ualeant iudices cōstituere & habeī hoc edicto fauorabili pmit/

HAYDOBA DIGITAL LIBRARY

timus & indulgemus: q; ipsi eorum iudices omnes singulas causas subditorum suoꝝ & ad eorum forum pertinentes in ciuitatibsu uillis opidis & locis & territoriis nris imediatis insignibus ubi copia peritorum haberi possit: aut alias ad hoc aptis audire: decidere: cognoscere: & diffinire ualeant & sibi liceat: exceptis sententiis diffinitiuis uel interlocutoriis ad torturam causaꝝ criminalium: quas ipsi iudices in territoriis ipsarum iudicaturarum ꝓferre teneantur: necnon ī ipsis locis territoriis nris tutellas & curas dare citatões ꝓuisiones & mandata iudicialia concedere & facere omnesq; actus iudiciales exceptis dictis sententiis criminalium causarum plene & libere exercere.

¶ Filii legitimi bastardorum nobilium non debent deferre cognomen & arma ipsorum nobilium: nisi de licentia capitis illius generis. 3

Via naturales seu bastardi baronum bāneretorum & aliorum nobilium patriæ nostræ iterdum ex legitimo matrimonio ꝓcreant liberos legitimos. Et huiusmodi liberi legitimi dictorum bastardorum cognomen & arma præfatorum baronum bāneretorū & nobilium a qbus dicti bastardi descenderūt nō nunq̄ usurpare & sibi retinere ꝑsumunt ī detrimentum honoris & status ipsorum baronum bāneretorum et nobilium: cum dicti filii legitimi bastardorum raro habeāt facultates: ex qbus ualeāt statum nobilium substinere præmissam præsumptōem oibus et singulis filiis legitimis et naturalibus coniunctim uel diuisim prædictorum bastardorum penitus de cætero fieri uel acceptari ꝓhibemus: Sub pœna centum librarum fortium p quēlibet contrafaciētem cōmittēda & fisco nro applicāda: nec non priuationis cognominis & armorum cōtra hoc edictum nrm assumptorum. Exceptis illis q in facultatibus ad tenendum statum nobilitatis sufficientibus habundarent: moribusq; & uirtutibus pollerent: quos ꝓpter hoc p maiores generum ipsoꝝ baronnm bāneretorum & aliorum nobilium cum deliberatione aliorum uel maioris ptis ipsorum generum ad cognomina & arma sua admitti contingerit.

¶ Vtiles domini reꝝ quas directi domini eaꝝ ꝓbant sibi fuisse recognitas recognoscere tenent directū dnium & canonē eoꝝ ipsis dominis directis. 4

Empublicam utiliter regere credimus cum iuris rigorem æquitate temperamus. Et quia ex frequentibus uasallorꝝ & aliorum subditorum nostroꝝ querellis didicimus. Quod interdum tenementarii possessores aut utiles domini reꝝ seu prædiorum de directo dominio alicuius seu aliquorum mouētium & recognitorum cū canonibus seu tributis inde debitis aut eorum heredes seu successores huiusmodi res feudales seu emphiteoticas aliis ꝑsonis ī fraudem dictorum directorum dominorum titulo uenditionis: donationis: pmutationis: ippotecæ: albergamenti: uel alio transferre præsumant tacita qualitate directi domini a quo uigore dictarum recognitionū moueri dignoscunt. Et successiue de rebus eisdem plures translationes seu alienatões similes sæpius in alias ꝑsonas fieri contingit: Ex qbus sequit dictis directis dominis ipsaꝝ rerū sic translatarum seu directa dominia & tributa recuperādi: & recognitões inde sibi ꝓcurandi damnosa difficultas exponentibus ultimis possessoribus eaꝝ contra petitões directorū dnorum ꝑdictorum ad sibi recognoscendū & soluendum factas. Et ipsi ultimi possessores nō sint heredes seu successores ultīo recognoscentium res ꝑdictas: & ex hoc soluer & recognoscer recusantibus. Nos ꝑdictorum directorum dominoꝝ idemnitati & utilium dominorū cauillatoibus ī hac pte ꝓuidere uolētes rei publicæ utilitate & æquitate potiusq̄ iuris asperitate pensata iustisq; causis & rōnibus nos ad hæc mouētibus. Statuimus hoc edicto ppetuo: q; si & quando cōtinget iter directos dominos & tenemētarios seu utiles dominos rerū aliquaꝝ sic ut ꝑfertur recognitarum cās sup recognitōibus inde fiendis & tributis ꝑsoluēdis suscitari & in ipsaꝝ causarum ꝓcessibus ipsi directi domini actores legitime ꝓbent & ostendāt res ipsas de quaꝝ directo dominio & canone cōtendit sibi uel aliis quorum cām habent ipsi actores fuisse legittime recognitas: ꝓbentq; reos a quibus petunt tales recognitões fieri & esse possessores ipsarum rerū et petant eas res sibi recognosci p dictos possessores iuxta formam dictarū recognitionū antiquarum: q̄uis non ꝓbent ipsi actores huiusmodi directa dominia et tributa sibi deberi nisi p recognitões supradictas tales tenementarii seu possessores rerū huiusmodi dictis directis dominis sic ut ꝑfert petentibus et ꝓbantibus qbus seu eorum successoribus uniuersalibus seu particularibus ī ipsis rebus cām mediate uel īmediate habentibus quocunq; ex titulo recognitōis ipsarum rerū factæ fuerint easdem res una cū directis dominiis atq; canonibus seu tributis earum iuxta tenorem dictarum primarum recognitionum recognoscere teneant: et per iudices coram qbus huiusmodi causæ uertent condemnent et cogant absq; eo q; dicti directi domini realē attemptarēt actionem: quæ nimis est ad ꝓbandum difficilis si uoluerint contra dictos possessores cogant: ne tales possessores cum aliena iactura locupletari contingat: nisi opponerē et ꝓbarē contra petitões dictorum dominorum actorum res huiusmodi esse de directo dominio alterius uel ipsas res esse liberas uel fuisse liberras p illum uel illos cui uel qbus ipsæ res fuerunt recognitæ: aut p eius uel eoꝝ causam habētem uel habentes: aut ipsas res nō fuisse recognitas p habentē uel habentes illas recognoscendi ptātem: in qbus casibus decernimus ipsas cās oppositionum p dictos iudices inter ptes diligenter audiri examinari: & fine debito terminari.

¶ Laudimium non debet de bonis hereditariis legatis fideicōmissis nec de reꝝ diuisione: nec qcq̄ ultra laudimiū exigendū est ꝓ culpa: uel alias indebite. 5

IN casibus uero in qbus laudimium debet exigi a debētibus iuste cōcedimus absq; tamen alia extorsione: uel alias indebite quam fieri ꝓhibemus: Sub pœna quadrupli eius quod indebite exactum fuerit fisco nro ꝓ media pte: & ei a quo fuerit exactorum ꝓ alia media pte applicanda. Augumentationes uero laudimiorum in quibus est cōsuetis fieri posse & recipi non uetamus.

¶ Res emphiteoticæ nō cadunt in cōmissum ꝓpter cessionē solutōis canonis p triēnium: nisi constet emphiteotā sup solutiōe fuisse impetitum. 6

Licet iure scripto disponat emphiteotam si p triēnium a solutione canonis ꝓ re emphiteotica debiti: cessauerit etiam sup solutione ipsius canonis non impetitū licere directo domino si uoluerit a prædio seu ꝑdiis emphiteoticariis repellere: Quia tamen moribus utētium & consensu in ꝓria nostra approbatis aliter & mitius obseruatum esse nō ambigit: in qua tam nos q̄ cæteri domini directi consueuimus & cōsueuerunt habē speciales exactores ad recuperāda seruitia & tributa ānualia & nobis & eis debita deputatos & ea petenda ab emphiteoticis ea debētibus qui ea offerre & soluere nisi quādo petunt non cōsueuerunt: uel nisi ex pacto aut tenor albergamēti seu recognitionis teneant. Statuimus hoc edicto ꝓpetuo emphiteotas seu tenemētarios ꝑdiorum & reꝝ imobilium: quas & quæ in emphiteosim uel albergamentū ꝓpetuum a nobis uel aliis dominis directis tenere dignoscunt ab eisdem ꝑdiis seu rebus non debere nec posse repelli: nec ipsas res cadere in cōmissum propter cessationem canonis seruitii seu census inde debiti: nisi post factam monitionē seu petitōem ipsis tenemētariis ex pte directoꝝ dominoꝝ in iudicio uel extra: de qua constiterit legittime

HAVLOVA PUBLIKACE OCHY MUSEUM V MIKOBA

de ſoluendo p ipſos tenementarios cenſus redditus ſeu ſeruitia p eos debitos ſteterint poſt la
pſum terminum in quo ſoluer̃ debuerũt ſeruitium ſeu cẽſum debitum ſeu cẽſus debitos ceſ/
ſatum fuerit p triẽnium q̃ nõ ſoluerint: & a ſolutione ipſoꝝ cẽſuum ſeu cẽſus aut ſeruitiorũ
ſeu ſeruitii inde debitoꝝ de quo ſeu q̃bus ſoluẽdis ipſi emphiteotæ ſeu tenemẽtarii extiterint
requiſiti: Tunc enim ipſorũ emphiteotarum ſeu tenemẽtarioꝝ exigẽte cõtumacia ipſos em/
phiteotas ſeu tenemẽtarios a rebus ẽphiteoticis p directos dños earundẽ ſi ipſis directis dñis
placuerit fore repellẽdos & repelli poſſe: & ipſo caſu res in cõmiſſum cadere decernimus.

¶Cenſus uictualium non recuperati tẽpore fertilitatis recupari
non debẽt tempore cariſtiæ: niſi ualor & econtra. 7

Cenſus redditus & ſeruitia in bladis: uinis: leguminibus: nucleis: aut aliis uictuali/
bus ãnualiter debitos peti & recupari a debẽtibus p eos quibus debenẽ: ſeu eoꝝ exa/
ctores ſingulis annis ẽt tẽpore fertilitatis & habundantiæ ipſorum uictualium hoc edicto iu
bemus: q̃ ſi forſan ſteterit p eos quibus debenẽ: & nõ p debentes recupatio ipſoꝝ cenſuum:
ipſi creditores ſeu q̃bus dicti cenſus uictualium debenẽ ſeu eoꝝ exactores ſiue noſtri ſiue alie
ni non poſſint debitores cõpellere in tẽpore cariſtiæ talium uictualium ad ſoluendũ ipſos cẽ/
ſus non recupatos in uictualibus: ſed dũtaxat in pecunia ad extimationem & ualorem præ/
ciorum: in quibus ipſa uictualia erant tempore habundãtiæ in quo recupari debuerunt: &
debitores ſoluere obtulerunt: & ſoluendo ipſa p̃cia dicti debitores ſint a ſolutione dictorum
uictualium liberati: niſi debitores q̃ tempore habundãtiæ req̃ſiti ſoluere noluerint ſeu diſtu
lerint a quibus in eorum cõtumaciã uictualia exigi poſſint ẽt tempore cariſtiæ. Et ecõtra de/
bitores talium uictualium cenſualium ſi tempore ſterilitatis & cariſtiæ ipſa uictualia debita
ſoluer̃ creditoribus uel eorum exactoribus parati fuerint uel ſe obtulerint. Et ipſi creditores
ſeu hi quibus debenẽ ipſi cenſus recupare noluerint uel non curauerint: aut eorum exacto/
res cogi non ualeant: neq̃ debeant anno ſequenti uel ãnis ſequẽtibus ſoluer̃ precia ipſoꝝ ui/
ctualium: quæ ualebant tempore cariſtiæ: nec aliquid intereſſe: ſed ſoluendo ipſa uictualia
in propriis eorum ſpeciebus ipſos debitores: qui in mora uel contumacia ſoluẽdi nõ fuerint
liberatos fore decernimus.

¶Cenſus uictualium menſurabilium non exigant̃ niſi
cum menſura loci in quo debenẽ. 8

Omnibus & ſingulis caſtellanis & exactoribus noſtris & aliis patriæ noſtræ hoc edi/
cto ꝓhibemus: ne cenſus redditus ſeu ſeruitia ãnuales nobis uel q̃buſuis aliis debi/
tos in uictualibus menſurabilibus exigere præſumãt a debitoribus eorundẽ: niſi cum ueris
& iuſtis menſuris locorum in quibus ipſi cenſus redditus ſeu ſeruitia debenẽ. Exceptis ab il/
lis qui ad aliam menſuram ſoluere ſunt obligati aſtricti uel conſueti: Et ab illis nõ exigãtur
niſi ad menſuram ueram & iuſtam ad quam ſunt obligati aſtricti uel conſueti ſoluere: Sub
pœna decẽ librarum fortium p quẽlibet cõtrafacientẽ totiens quotiens contrafecerit cõmit/
tenda & fiſco noſtro applicãda.

¶De gardiis & eorum ꝓhibitione: ꝓhibetur oibus ne aliquos ſubditos
noſtros mediatos uel imediatos manentes in patria nr̃a recipiant &
ſubditis ne in ſuas ſaluagardias ſe ſubiciant. 9

Vm omnes & ſinguli ſubditi noſtri mediati & imediati: ac alii in p̃ria noſtra mãſio/
nes ſuas fouentes in nr̃is ſaluagardia & ꝓtectione conſiſtant: hoc edicto ꝓpetuo p/
hibemus oibus & ſingulis ſubditis nr̃is cuiuſcunq; ſtatus aut gradus fuerint: ne aliquẽ uel

aliquos ex ſubditis noſtris utriuſq; ſexus mediatis uel imediatis: aut aliis ſub dominio nr̃o
ſeu in p̃ria noſtra manentibus: & ſub ſua ſaluagardia ſeu ꝓtectione ſub annua penſione uel
alio tributo dono uel p̃mio p̃ſonali uel reali recipere p̃ſumãt. Sub pœna decem marcharum
argenti puri per quẽlibet contrafacientẽ totiens quotiens contrafecerit cõmittẽda & fiſco no
ſtro applicanda. Eodem edicto ꝓhibemus oibus & ſingulis ciuibus burgenſibus: notariis:
merchatoribus: mecanicis: agricolis: & aliis ſubditis nr̃is mediatis & imediatis: aut aliis pa/
triæ noſtræ incolis: ne ſaluagardiæ aut ꝓtectioni cuiuſcunq; ſe ſubicere p̃ſumãt: Sub pœna
lx. ſolidorum fortium cõmittenda & applicanda ꝓut ſupra. Interdicentes inſup omnibus &
ſingulis notariis & tabellionibus publicis & curiaꝝ iuratis: ne deinceps de & ſup huiuſmodi
gardis & garderiorum receptionibus inſtr̃a uel litteras conficiant: Sub pœna decem libraꝝ
per quẽlibet notarium ſeu iuratũ totiens quotiens contra hoc edictum facere p̃ſumpſerit cõ/
mittẽda & fiſco nr̃o applicãda. Et nihilominus oẽs & ſingulas gardas huiuſmodi ſicut iam
alias p nos reuocatæ ſunt: uidelicet illæ quæ factæ ſunt a tẽpore recolendæ memoriæ domini
aui nr̃i paterni ſic hoc edicto caſſamus: irritamus: nullaſq; & inanes fore decernimus.

¶Quod officiarii domini nullum debent recipe ad
ſaluãgardiã: ſed refugiẽtes tueri debent. 10

Via ad ꝓtectionem & tuitionem omnium & ſingulorum ſub principatu noſtro cõſi
ſtentium ex debito ipſius principatus obligamur & arbitramur nobis ſufficere tribu
ta annualia a ſubditis noſtris debita: Conſiderãtes ex hoc nobis non licere quẽq̃ ꝓticularitẽr
ad noſtram ſaluãgardiã ſub ãnuali penſione uel tributo autem ſine penſione uel tributo alio
q̃ annuali recipe. Cum generaliter oẽs & ſingulos ſubditos nr̃os & patriæ noſtræ incolas a
uiolentiis: iniuriis: & oppreſſionibus illicitis ꝓtegere debeamus: oibus & ſingulis iudicibus:
bayliuis: caſtellanis: & officiariis cæteris noſtris hoc edicto ꝓhibemus: ne aliquẽ uel aliquos
ex ſubditis noſtris mediatis uel imediatis uel alienis ſub dominio: & diſtrictu aliquorum p̃/
latorum ſeu eccleſiaſticorum uirorum: aut baronum: bãneretorum: uel aliorum iuriſdictio
nem intra patriam noſtram habentium in guarderios noſtros ſeu ſaluagardia noſtra recipe
p̃ſumãt ſub aliquo tributo uel ſine tributo ad tempus uel imperpetuum: Sub pœna ꝓ quo/
libet recipiente litteram conficiente. xxv. librarum fortium ꝓ qualibet uice cõmittenda & fi/
ſco noſtro applicanda. Exceptis ſubditis terrarum belli: ioci: treuoſii caſtellarii chamberiaci:
per hoc tamen prohibere dictis officiariis noſtris nõ intendentes: quin omnes & ſingulos ad
eos refugientes pro ſecuritate p̃ſonarum ſuarum uel bonorum contra potentiores ipſos refu/
gientes offendere minantes uel offendentes iuſtitiæ remediis ab omni ui uiolentia & opere
facti tueantur iuxta debitum ſui officii:

¶De uenationibus & piſcatiõibus: cuilibet liceat uenari & capere
feras damnoſas: exceptis aliquibus temporibus. 11

Vpos: urſos: apros: & alias feras dãnificãtes uineas: blada: & cæteros terræ fructus
cuilibet tam in p̃diis & poſſeſſionibus ꝓpriis q̃ alienis: ꝓut in iure cõmuni diſponit̃
uenari & capere: & fructus ſuos ab eis defendere hoc edicto ꝓmittimus impune: niſi in locis
ꝓpinquis noſtræ reſidentiæ: quando in illis per nos ſeu uenatores noſtros uenationem fieri
diſponemus. ¶Ceruos autem capi per omnes prohibemus a die prima menſis octobris
uſq; ad diem primam menſis maii: Alio uero tempore ipſos capi permittimus. Saluis iu/
ribus noſtris & alienis in dictis prædiis ſeu uenationibus conſuetis ac priuilegiis conceſſis
& concedendis.

HAVLOVA KNIHOVNA
Knihovna Náprstkova

Cuilibet liceat piſcari in aquis & fluminibus publicis: Exceptis locis & tēporibus piſcariarum domini & alienarum. 12

PIſcari & piſces capere quēlibet ꝓmittimus in fluminibus publicis: exceptis in piſcariis noſtris & alienis iure ſpeciali ad nos & eos ꝑtinentibus: In quibus & eorꝝ locis & temporibus ꝑ quēq; alium piſcari ꝓhibemus. Omnibus piſcari inhibentes cum calce uel cū quouis alio uenenoſo modo in aquis proiciendis: Sub pœna pro modo culpæ arbitrio iudicis infligenda.

¶De minoribus & eorꝝ inuentariis & quitationibus ꝑ eos factis tutoribus: Inuentaria tutorꝝ curatorꝝ adminiſtratorꝝ & heredū ꝑ quoſcūq; notarios: Inuentaria uero iura fiſci tangentia ꝑ ſcribas curiarꝝ fieri debent. 13

INuentaria bonorꝝ pupillorꝝ & minorū adultorū ꝑ tutores & curatores fienda ꝑ notarios & ſcribas curiarū caſtellaniarꝝ noſtrarꝝ. ſ. per quēlibet in ſuo officio ꝓut occurrent ſeu eorꝝ locatenēs. ſine caſtellāo & miſtralibus uocatis tribus ſecū de notabilioribus uiris ꝑ teſtibus quos habere poterūt: & quattuor de agnatis uel cognatis defuncti: uel minorū ſi reperiunt: alias de ꝓpinquioribus uicinis & amicis eorꝝ magis honeſtis ꝓbis & notabilioribus fieri uolumus & iubemus ad ipſorꝝ conſeruationem bonorū ſalario moderato. Inuentaria uero iura nr̄a fiſci uel patrimonii concernentia ꝑ ſolos ſcribas caſtellanorꝝ locorꝝ fieri uolumus & iubemus. Caueant autem huiuſmodi inuentaria facientes aut ibidem uocati & præſentes: ne de bonis inuentarizandis & ipſorum cōfectionibus inuētariorꝝ ſiue ante ipſam cōfectionem quicq; inde ſubtrahere p̄ſumant. Sed in ip̄ſis inuentariis tam nr̄is q̄ alienis oīa bona inuentarizanda integraliter includant: Sub pœna furti per iudices locorꝝ ubi hac cōmitti cōtingerit ꝓ modo culpæ delinquēti ſeu delinquentibus infligenda.

¶Quitationes factæ per minores ſuis tutoribus ſine decreto & p̄ſentia iudicis irritæ ſint & inanes. 14

QVitationem ſolutionem uel pactū de ulterius non petendo ſub quacūq; uerborꝝ cōceptione ſeu forma ꝑ minorem. xxv. ānis q eius tutor fuerit ſine iudicis ordinarii loci dicti minoris p̄ſentia & decreto fieri ꝓhibētes huiuſmodi quitationes ſolutiones & pacta ſine iudicū ordinariorꝝ p̄ſentia & decreto forſan fieri attemptata nullius eſſe ualoris & momēti hoc edicto decernētes: ipſis iudicibus coram qbus petent̄ ipſæ ſolutiones quitatiōes ſeu pacta celebrari: p̄cipientes hoc edicto quatenus anteq̄ tales quitationes ſeu cōtractus decernere p̄ſumant prius duos uel tres ex ſpecialioribus cognatis uel amicis dictorum minorū coram ſe & in actu ipſorꝝ quitationum perſonaliter faciant euocari & adeſſe: quorum cōſilio & cōſenſu dictæ quitationes fiant & decernant̄ alioqn nō ualeant: omnibus & ſingulis notariis publicis & curiarꝝ iuratis inhibētes: ne de quitationibus ſolutionibus & pactis de nō petēdo ꝑ minores ſuis olim tutoribus fieri diſpoſitis ſine ſolemnitatibus p̄dictis publica inſtrumēta cōficient: Pœna dupli eius quod apparebit quitatū per ipſum q tutor fuerit: & quitationem alias q̄ ſtatutū eſt ſibi fieri ꝓcurauerit: aut pactum de non petendo iudici contra formā prædictam decernenti decem librarꝝ fortium & notario eam alias recipienti totidem & talium librarum iminente fiſco nr̄o applicanda.

¶De donatiōibus uēditionibus & rechatis eorūq; actōibus. Donatōes omniū bonorꝝ fiendæ ſunt a minoribus. xxv. ānis in iudicio uel extra ꝑ inſtr̄m qnq; teſtibus uallatū ex tūc groſſandū īfra mēſē deinde ſigillādū ſigillo iudicaturæ loci: alioqn nō ualeat ordinatio. 15

MAliciis & cōcupiſcentiis multorum res: & bona ſuorum proximorum nimis appetentium obuiare uolentes hoc edicto prohibemus: ne quis proximum ſuum uel aliū minorem uigintiquinq; annis: aut ſimplicem modici ītellectus: uel idiſcretum aut prodigum moneat: inſtiget uel inducat per ſe uel per alium ad faciendum ſibi uel alter donationem de omnibus bonis ſuis ſimplicem uel conditionalem qualemcūq;. Si q̄s uero taliter monitus: inductus uel impulſus: aut ſine inductione quacunq;: ſed motu proprio donationem uniuerſalem omnium bonorꝝ ſuorum ſine quacūq; retentione ipſorum bonorum uel uſufructuum eorūdem inter uiuos uel cauſa mortis fecerit ſimpliciter uel ſub conditione extra iudicium: & ſine ſui iudicis ordinarii præſentia: hoc edicto decernimus talem donatōem non ualere: niſi fiat & facta ſit ī fidedignorum teſtium notorꝝ a partibus: & partes cognoſcentium: ſaltem quinq;: quorꝝ ad minus duo ſint ex cognatis uel agnatis donatoris præſentia. Omnibus & ſingulis notariis: aut curiarum iuratis inhibentes: ne per aliquos rogati recipere tales donatōes: ſeu īde cōfici īſtrumenta publica uel litteras autenticas: illas & illa nullatenus recipere: nec īſtrumenta ſeu lr̄as īde conficere: niſi prædictis teſtium qualitate: & numero roborent̄ præſumant alioquin nō ualeant: ut præfert̄. Si uero ipſas donationes cum ſolēnitate ſupradicta recipi contingat ꝑ quēuis notarium: idem notarius ipſas donationes ſeu donationem ſtatim improthocollare: & infra menſem a die receptionis inſtrumenti talis donationis numerandum publicum īſtrumentum inde leuare: groſſare: & in publicam formam redigere: & donatario ſeu donatariis expedire. Ipſiq; donatarii ſeu donatarius iudici ordinario donatoris exhibere teneant̄ uocato & p̄ſente donatore ſi commode ad iudicis præſentiā uenire poſſit. alias ſine eo p̄ſente notario: & prothocollum a quo ſumptum fuerit ipſum īſtrumentum dicto iudici exhibente. Deinde facta collatōe ipſius inſtrumēti eiuſdem ꝑ dictum iudicem ad dictū prothocollum ipſum īſtrumentum ſigillo iudicaturæ dicti iudicis ſigillet̄. Alioquin īſtrumentum non factum: & ſigillatum modo ſupradicto: & īfra dictum tempus uiribus nō ſubſiſtat: nullāq; uim ſeu ꝓbatōem in iudicio uel extra facere uel habere ualeat. Et ſi notarius talis īſtrumenti recepti. īfra dictum menſem uiā uniuerſæ carnis īgreſſus fuerit cōmiſſarius ꝓthocollorum ſuorꝝ uices ſuas q̄ citius cōmode fieri poterit ſuppleat arbitrio iudicātis. Donatio autem p̄miſſa uel alia ſi facta fuerit ob cauſam meritorꝝ: conſiderationeq; gratorum beneficiorꝝ: & ſeruiciorum quæ ſcribent̄ donatori fuiſſe īpenſa illam ſi fuerit omnium bonorꝝ donatiōem non ualere ultra ſummam qngentorum aureorꝝ a iure taxatam: niſi de ipſis meritis aliter doceat̄ & appareat modo ſimili cenſemus.

¶Ementes res aliquas uel aliquam ſub rechato ad certum tempus uel ad uitam aut ī perpetuum: ſeu alias qualitercūq; conceſſo non poſſunt uendere infra ipſum tempus: niſi uenditoribus uel ſuis. Et ſi uendant res alteri per reuenditionem primis uenditoribus uel ſuis reuertentur. 16

EX frequentibus ſubditorꝝ noſtrorꝝ nobilium: & innobilium querelis didicimus q; licet ipſi ꝓ neceſſitatibus eorꝝ urgētibus releuandis quandoq; uendant aliis: homines: cenſus: redditus: directa dominia ſeu res imobiles ſub rechato ſeu gratia redimendi ipſa uēdita eodem præcio quo uendunt̄ infra certum tempus uel ad uitam aut in perpetuum: ſeu alias qualitercunq; prout ītер ipſos uenditores: & emptores determinatum: & conuentum fuerit per eoſdem emptores ī contractu ipſarꝝ uenditionum uel poſt ipſis uēditoribus conceſſo ſeu conceſſa. Cū interpoſitiōe iuramenti: & aliis clauſulis opportunis: nihilominus huiuſmodi emptores nō expectato tēpore lapſi termini dicti rechati. Sed ītra dictum tēpus aliis ꝑſonis

HAYKOBA BIBLIOTEKA ОНУ ІМЕНІ ІВАНА ФРАНКА

q̃ dictis uenditoribus homines: census: redditus: directa dominia aut res immobiles sic sub rechato emptas: & acquisitas interdũ uendere p̃sumunt uel alienare in fraudem dicti rechati p̃uaricationem iuramenti seu cõuentionis ipsoꝝ ultimoꝝ uenditoꝝ: necnon in magnũ dictorum primoꝝ uenditoꝝ præiudicium atq; dãnum. Nos huiusmodi fraudibus: & incõmodis obuiare uolentes hoc edicto salubri omnibus: & singulis subditis nostris immediatis: & mediatis q hactenus emerunt: & ement in futurum homines: census: redditus: directa dominia uel quascunq; res immobiles: iuraq; & actiones a qbuscunq; personis nobilibus: & in nobilibus sub rechato ad certum tempus concesso qbusuis aliis personis: præterq̃ uenditoribus suis prædictis infra tempora ipsoꝝ rechatoꝝ sibi concessoꝝ easdem res sic emptas uendere ꝓhibemus. Quod si forsan cõtingat per quẽquam contra huius edicti nr̃i sanctionẽ ipsas res alteri uendi q̃ primo uenditori seu uenditoribus aut eoꝝ heredibus seu causam habentibus in hac parte. Statuimus q̃ secũdus emptor seu emptores teneant̃ ipsas res reuẽdere præcio primo inde dato primis uenditoribus seu uenditori aut eorum heredibus uel causam habentibus sicut primi emptores seu emptor tenebat̃. Et ita de aliis ulterioribus emptoribus intelligi uolumus fiendum eodem edicto decernentes res ipsas quotienscunq; uendent̃ intelligi uenditas: & transire cum onere: conditione: & qualitate rechatorum inde concessoꝝ durante tpe ipsoꝝ rechatoꝝ; adeo ut primi uenditores aut eorum heredes uel causam habentes contra ultimos emptores ipsarum rerum eandem redimẽdi habeant actionem dicto tempore durante quam aduersus primos emptores habebant.

¶ De notariis & tabellionibus publicis ac eorum officio.

¶ De qualitate ætate: & iuramento notariorum. 17

INter artes & publicam utilitatem: & necessitatem pridem adinuentas tabellionatus officium circũspecta hominum ꝓuidentia sagaciter introduxit: ut humanæ uoluntatis contractus: atq; negocia lapsu temporis ĩ obliuionem fluxura: tabellionum seu notariorum publicoꝝ fideli: & autentica scriptura patrocinio longũ seruarent̃ in euum & ad perpetuam memoriam. Cõsiderãdo igit̃ hoc officium põderosum nõ esse omnibus petẽtibus: sed dũtaxat idoneis uiris cõmittendum ꝓ nr̃a nostræq; reipublicæ idẽnitate; hoc edicto salubri statuimus q̃ nullus deinceps p nos imperiali uel nr̃a auctoritate in notarium seu tabellionẽ publicum assumat̃ aut creetur: nisi uicesimum ætatis suæ annum cõpleuerit uel attigerit: scientiaq; saltẽ grãmaticali: moribusq; ꝓbitate: & discretione decenter prouectus: ac in ipsa arte notariatus necnõ scriptura: lectura & aliis circũstantiis ad recipienda cõtractuum ultimarum uoluntatum: & alioꝝ negocioꝝ instrumenta. eaq; improthocollanda: registranda: grossanda: & in formam publicam redigenda cõpetẽter stillatus & doctus fuerit. Et si forsan aliqui altera auctoritatũ apostolicæ uel impialis: aut ambaꝝ se fecerint creari notarios: ne ꝓindiscretos cõtaminentur uel uilescat ipsaꝝ auctoritatum concessio: resq; publica ledat̃ anteq̃ in locis aliquibus patriæ nostræ ipsius officii tabellionatus exercicio se ingerãt adire nostram præsentiam; seu canzellarii nostri aut eius collateralium: uel alterius seu aliorum qbus examinationem talium duxerimus committendam teneantur. Per quosquidem canzellarium: collaterales seu alios cõmissarios nostros ad hæc deputatos decernimus: & iubemus omnes: & singulos notarios: tam per nos creandos q̃ iam creatos auctoritatibus prædictis cum matura diligentia super scientia: pratica: discretiõe: moribus & ætate: necnon aliis conditiõibus ad officium notariatus reqsitis fore scrutandos: & examinandos: per quod quidem examen reperti idonei petentes a nobis creari creent̃. Cæteri uero iam creati auctoritatibus p̃dictis ad

honorem sanctæ sedis apostolicæ: & imperialis maiestatis ac pro utilitate publica approbentur. Inhabiles uero: & non idonei repellant̃ quousq; effecti fuerint idonei. Quos quidẽ omnes: & singulos notarios: tam auctoritatibus p̃dictis q̃ nostra creatos. & per canzellariũ: collaterales aut alios cõmissarios nostros: sic ut præsent̃ examinatos: repertosq; idoneos: & approbatos in ipsa approbatione astringi uolumus super sanctis dei euangeliis in manibus dicti canzellarii nr̃i: præstando iuramento: q̃ erga sacrosanctam romanam ecclesiam: sacrum imꝑium romanum: nosq; & rempublicam nostram erunt fideles ĩ recipiendis: recitandis: registrandis: grossandis: signandis: & expediendis instrumentis: lr̃is & aliis scripturis conficiendis: de quibus erunt rogati nihil addito: remoto uel mutato eorum quæ coram ipsis notariis inter partes contrahentes seu personas disponentes acta: & gesta fuerint omni probitate: & uentate utent̃. Litteras uel instrumenta de: & super contractibus usurariis publicis: simulatis uel uelatis monopolis: conuenticulis: & aliis qbuscũq; negociis dolosis: & illicitis: utputa impuberum sine tutorum præsentia: & auctoritate furiosorum: mentecaptoꝝ: prodigorum sine auctoritate: & præsentia curatoꝝ. Et huiusmodi contractibus detestandis uehementer suspectis nõ conficient. nec illis intererunt. Statutaq; nostra huius tituli: & alia officium tabellionatus concernentia ꝓ uiribus obseruabunt sub pœnis ibidem contentis. declarata uero ĩ hac clausula iuramenti sub pœna periurii. Et si forsan dicti notarii sic assumpti: & approbati clerici fuerint soluti nel coniugati ultra præmissa iurabunt: & sub bonoꝝ ipsoꝝ ippotheca se obligabunt: q̃ nobis: & officiariis nr̃is in his quæ concernunt dictum tabellionatus sibi commissum officium: & in solutione seu supportatione pœnarum propter obmissa uel commissa circa statuta nr̃a omni exceptione cessante obedient: & parebunt: ne ꝓpter impunitatis confidentiam ipsos notarios clericos huiusmodi officio contingat abuti. Significantes omnibus: & singulis ad exercitium notariatus ãnelantibus hoc edicto: q̃ deinceps nulli committere tabellionatus officium disponimus uel intendimus: nisi subditis: & iurisdictiariis nostris immediatis uel mediatis notisq; idoneis. Et quia officii prædicti tabellionatus exercitium omnibus uiris ecclesiasticis: præsertim ĩ sacris ordinibus constitutis sicut alia negocia secularia a iure ꝓhibent̃: ne his implicati minus ĩtendant diuinis obsequiis ad quæ singularitet deputant̃ ipsum ius exequendo. Statuendoq; inhibemus omnibus: & singulis subditis nostris immediatis: & mediatis: ne de uenditõibus: & donationibus: permutatiõibus. locationibus: quitationibus: pactis: compromissis: arbitramentis: transactionibus: ccmpositionibus: cõuentiõibus: ꝓcurationibus: & aliis qbuscunq; cõtractibus nominatis: & innominatis: seu negociis suis secularibus instrumẽta uel lr̃as per presbyteros uel alios quoscunq; clericos: in sacris ordinibus præsertim constitutos refici uel confici petant uel faciãt. Sub pœna uiginti solidorum fortium per quẽlibet ex prædictis subditis nr̃is contrafacientem totiens quotiens contrafecerit committenda: & fisco nostro irremissibiliter applicanda. Instrumenta uero testamentorum: codicillorũ: donationum ex causa mortis: & alias pias causas concernentia in articulo necessitatis. Videlicet cum alius notarius haberi non poterit per ipsos presbyteros & alios clericos notarios recipi: & fieri nõ uetamus. Si uero aliquis ex prædictis notariis apostolicis: & imperialibus coniunctim uel diuisim per curiam nostram nondũ examinatis: approbatis: & iuratis ipsius curiæ receptis: uel ex dictis uiris ecclesiasticis contra formam huius edicti nostri instrumenta seu lr̃as in patria nostra conficere præsumpserit: propter hoc ipsa instrumenta in iudiciis uel extra repellenda tanquam irrita fore non censemus nec intendimus.

HAYIOBAEIBLIOTEKA OHY IGOR-MEDVIKOBA

¶ Quod notarii instrumenta primo imbreuient totam substãtiam notando. Deinde ad plenum: & iuxta ueritatem substantiæ ĩ suis prothocollis registrent infra mensem a receptione computãdum. 18

Falsitatibus: suspitionibus instrumentorum: & negligentiis notariorꝝ prouidere satagentes statuimus hoc edicto: ꝙ quilibet notarius seu tabellio per nos creatus uel curiæ nostræ iuratus officium tabellionatus ĩ patria nr̃a exercere dispositus cum rogatus fuerit per personas uel partes quarum intererit instrumenta uel lr̃as super earum contractibus uel negociis cõficere. Primo & ante omnia uocatis testibus fidedignis: & notis si fieri potest. Videlicet septem in testamentis. quinq; in codicillis seu donationibus causa mortis. quinq; ĩ donationibus inter uiuos per minores. xxv. annis factis ut præstatutum est conditionibus. In aliis uero contractibus seu negociis tribus uel ad minus duobus. ubi tres haberi nõ poterũt. in recitatione saltem præsentibus audiat sedule partes uel personas ipsum notarium rogãtes de & super contractibus: & negociis de quibus fieri petierint instrumenta uel litteras: & eas interroget diligenter de omnibus huiusmodi contractuum aut negociorum circũstantiis sic ꝙ plene: & clare facta earum intelligat. deinde totam ipsorum contractuum seu negociorũ substantiam ueram in suo breuiario notet: & describat. Et postmodum coram partibus seu personis ac testibus prædictis scripta in dicto breuiario pronunciet: & recitet seriose uerbo tenus. Et si quæ recitando addenda: minuenda aut mutanda fuerint secundum uoluntatem: & instructionem partium uel personarum quarum intererit corrigat: addat uel minuat prout ipsæ personæ seu partes in facto dictauerint. Postq̃ autem notarius instrumenta uel litteras sic: ut præfertur receperit: & imbreuiauerit ipsa instrumenta uel litteras infra. xxx. dies a die receptionis ipsorum instrumentorum uel litterarum immediate: & continue sequẽtes numerandos in prothocollo seu libro suo autentico signo ipsius notarii ĩ pricipio signato ad plenum: & extensum registrare teneatur totam negociorum seu contractuum materiã: & substantiam ibidem cum pura: & nuda ueritate describendo: & præcauendo. Quod si forsan prout a partibus: & personis pro quibus fiunt huiusmodi instrumenta uel litteræ frequenter petitur ipsas litteras uel instrumenta dictari contingat consilio peritorum in ipso dictamine de factoꝝ & negociorum substantia: & ueritate nihil immutetur. Et insup ĩ prædicta instrumentorum seu litterarum registratione ad plenum: & per extensum designent: & describant in qualibet nota annos domini: nditionem: menses: dies: loca & testes sine refferẽdo ad notas prius registratas. Et ne quid sinistri possit intelligi uel cõmitti ex nimia breuitate seu truncatione dictionum seu uocabuloꝝ iubemus prædictos notarios instrumenta seu lr̃as tam in registrando q̃ in grossando scribere seu per suos coadiutores si quos habeant sibi datos scribi facere sine nimia breuitate: & dictionum truncatione propter quam ĩtellectus dictionis possit in dubium deduci aut uerus sensus immutari. Si quis autem notariorꝝ prædictoꝝ seu curiæ nostræ iuratoꝝ in prædicta instrumentorum seu litterarum per eum receptarum infra dictum tempus registratione ad plenum ut præfertur fienda defecerit pœnam pro quolibet defectu. xxiiii. solidorum fortium se nouerit incursurum. exceptis secretariis nostris cum qbus propter onera eis incombentia quo ad tempus registrandi in statutis nostris tituli eorundem est superius dispensatum.

¶ Notarii habeãt proprias stationes. Exceptis secretariis domini: prelatoꝝ: baronum: & receptoribus extentarum nobilium. 19

Ad honestatem officii: & suspitionem auferendam: quæ frequenter ex uagatiõe quorundam notariorꝝ hincinde discurrentiũ cõtra tales cõsurgit: statuimus hoc edicto: ꝙ notarii publici seu curiæ nostræ iurati habeãt ꝓprias mansiones in qbus resideant & reperiant̃: nisi dum & quando pro executiõe dicti officii aut alio utili: & honesto negocio extra uacare sine uacatiõe turpi uel inutili ipsos cõtingerit. In qbus qdem mansionibus eorũ locis securis teneant: & cõseruẽt sua ꝓthocolla: Eisdem notariis: & iuratis inhibẽtes ne extra ꝓprium domicilium alteri cuiq; famulando seu seruiẽdo in dicto officio maneant. Exceptis secretariis nr̃is prælatoꝝ: & baronum: necnon receptoribus extentaꝝ. Ipsorumq; prelatorũ & baronũ ac etiam bãneretorum: & alioꝝ uasallorꝝ nostroꝝ iuridictiões: homagia: fidelitates: census: & redditus habentium. ¶ Qui qdem receptores extentaꝝ dum seruiẽt dominis seu locatariis suis possint dũtaxat ĩstrumenta recognitõum suarum homagioꝝ fidelitatum inuestituram: albergamentoꝝ: laudimiarum: & compositionum ex ipsis recognitiõibus dependentium recipere: & conficere. Alia uero instrumenta uenditionum: donationum. quitationum: locationum: transactionum: & alioꝝ cõtractuum negocia recognitionum minime tangentium pro ipsis dominis seu locatariis suis recipere uel conficere non ualeãt. Et si de facto contra huiusmodi ꝓhibitionem queuis ex dictis instrumentis ꝓhibitis recipere seu confi cere in fauorem dictoꝝ dominoꝝ seu locatarioꝝ suorum præsumpserit. illa in iudicio uel extra decernimus non ualere nec fidem eis esse adhibendam. Caueri mandantes expresse per dictos extentarum tam nostraꝝ q̃ alienarum quoscunq; receptores seu scribas: ne in recipiendo ipsas extentas simplicitates: & ignorantias multoꝝ recognoscentium ignorantium differentiam feudoꝝ ab emphitheosibus uulgariter emphiteoses feuda nuncupãtium: Et forsan credentium insequantur scribendo in ipsis recognitionibus talium simplicium feuda pro emphiteosibus uel contra. uel feudalia pro simplicibus. Sed secundum ueras informationes recognitionum: & partium documenta instrumenta prædicta extentarum omni sinistro postposito conficiant: ꝙ si secus actum fuerit omnes tales recognitiones ineptas: & dolosas recognoscentibus simplicibus: & ignorantibus nõ obesse decernimus: in punctis in qbus contra ueritatem aliquid recognouisse reperirentur. Rursus a prædicta mansione ꝓpria per nos fieri decreta exceptos esse uolumus notarios: & iuratos nr̃os: qui gratia: & occasione discendi artem ipsam notariatus cum aliis notariis sufficientioribus moram contraxerint: quoniã tales sunt cõmendandi: & fauoribus prosequendi.

¶ Quod notarii nõ recipiant instrumenta ĩ tabernis publicis. nec registrent instrumenta debitorum in papiris merchatoꝝ seu creditorum. 20

Ex causis supradictis hoc edicto prohibemus. ne publica instrumenta aut lr̃as recipe præsumant in tabernis: & aliis locis inhonestis ad recipiendum: cibandum uel potandum hystriões: gulosos: lenones: ebriosos: & alias inhonestas: & infames psonas cõsuetis. In aliis uero tabernis seu hospiciis in qbus hospites honesti colligunt: & conueniri soliti sunt instrumenta uenditionum: locationum: permutatõum: albergamentorum: laudimioꝝ: mutuoꝝ: quitationum: dotium: & aliorum quorũcunq; cõtractuum. exceptis donatõibus ĩ præsentia testium hõestoꝝ fidedignoꝝ recipi per dictos notarios: & iuratos nostros nõ uetamus pœna priuatiõis officii notariatus per unum annum a die receptiõis instrumenti cuiuslibet in tabernis inhonestis recepti numerandum cuilibet notario seu iurato nostro recipienti imminente. Sub eadem pœna eisdem notariis: seu iuratis inhibentes ne contractus mutuorum: aut aliorum debitorum pecunialium: uel alios quoscunq; de quibus rogati fuerint

n exceptis donatoribus

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY Ihnat Hamolyak

recipere: & receperint instrumenta in papiris merchatorꝝ seu creditorū registrare: & signare præsumant: Sed dūtaxat in ipsorꝝ notariorꝝ seu iuratorum propriis prothocollis prout statu/tum est. Poterunt tamen in papiris dictorꝝ creditorꝝ scribere ad cōmēdationem memoriæ breuia ipsorum debitorū continētia annum. diē & quantitatem debiti. nominaq; debitorū: & creditorꝝ cum termino solutionis sine quacunq; signatura.

¶ Notario cui coadiutor nō est datus nō liceat p alium notariū quemcūq; facere registrari uel grossari istrumenta p eum recepta uel sibi cōmissa. 20

SEabellionem quēcunq; publicum p se ipsum manuq; propria omnia: & singula instrumenta registrare: & grossare ac in formam publicam redigere: & non p alium scriptorem seu notarium quēcūq; hæc fieri facere astrictum esse decernimus. Nisi ipsi notario datus uel dati fuerint per nos uel per alios ad hoc habentes potestatem coadiutor uel coadiutores nominati uel innominati quos ipse notarius uoluerit eligere. Quo casu idē notarius p ipsum coadiutorem seu coadiutores sibi datos possit: & sibi liceat quæcūq; instrumenta p eum recepta necnon aliorꝝ prothocollorꝝ sibi commissorum si in litteris dationis coadiutorum caueat registrari: scribi: grossari: & in formam publicam redigi facere exceptis signatura & subscriptione cuiuslibet instrumenti per dictum notarium principalem manu ꝓpria faciendis facta prius collatione diligenti p ipsum notarium cum suo coadiutore ipsius instrumenti scriptore ad prothocollum originale. in quaquidem subscriptione. Idem notarius nomē & cognomen ipsius coadiutoris scriptoris eiusdem instrumenti specialiter exprimere teneatur. Sub pœna uiginti solidorꝝ fortium p quēlibet notarium seu iuratum nostrum aliter quam dictum est instrumenta per eum recepta uel sibi ad grossandum commissa expedire præsumentem committenda: & fisco nr̄o applicanda.

¶ Qualiter prothocolla notariorum defunctorum sint recolligenda & committenda. 21

DEfunctorum notariorꝝ prothocollum: notas: & registra. ne qd ex eis occultari uel in ipsis machinari ualeat p castellanum loci seu eius locūtenentem statim defuncto aliquo notario seu iurato nr̄o in suis archis uel archiuis ī loco tuto: & clauso sub sigillo seu signeto cereo ipsius castellani seu locatenentis recolligi: & reponi. ac fideliter conseruari iubemus hoc edicto. Deinde ipsorꝝ prothocollorꝝ seu notarum: & instrumentorꝝ ibidem contentorꝝ leuationem: grossatiōem: & debitā expeditionem p nos uel alios quibus hanc cōcessimus facultatem filio uel filiis naturalibus: & legitimis defuncti notariis si qdem uel quos habeat notarios. uel curiæ nostræ iuratos quos cæteris omnibus uolumus anteferri cōmitti. & cōmittēdas fore decernimus. Si uero dicto defuncto notario filius uel filii notarii non supersint tunc notario loci sufficientiori. Et si ibidem desint notarii idonei ipso casu notario propinquiori ipsius loci defuncti notarii: Idoneo fiat huiusmodi commissio & prothocollorum ipsorum per inuētarium librorum: & membrorum expeditio. Qui quidem cōmissarius in manibus committentis iuramentum corporale ad sancta dei euangelia præstare tenebitur. q̄ litteras & instrumenta in dictis ꝓthocollis cōprehensa nundum leuata seu grossata si & quādo rogatus fuerit aut erit expediens ad opus quorū intererit fideliter per se uel per coadiutorem suum si fuerit sibi datus leuabit grossabit: & in formam publicam rediget. uel leuari seu grossari faciet. sicq; grossata manu propria subscribet: & signabit. In leuationeq; & grossatione huiusmodi nulla fraude seu machinatiōe. sed nuda & simplici ueritate utet. nihil addendo: minuendo uel mutādo de uera substātia contractuum seu negociorꝝ in ipsis instrumētis uel litte/

ris contentorum: Ipsa quoq; sic grossata & signata ptibus & psonis quarum intererit sumptibus earum moderatis expediet: necnon ꝓthocolla huiusmodi uel aliquid ex ipsis extra locū seu castellaniam ubi defunctus notarius cuius fuerant ipsa ꝓthocolla suum fouebit domicilium non trāsferet. nec per quēq̄ transferri pmittat sed in ipso loco conseruabit & fideliter cōmissionem sibi factam de illis exequet iuxta traditam in eadem cōmissione sibi formā. Saluis & reseruatis libertatibus & priuilegiis ātiquis & obseruatis locorꝝ ubi aliter de huiusmodi ꝓthocollis disponi fuit & est obseruatum. qbus p hoc edictum nostrum nō intēdimus derogare. Præmissa sic fieri iubētes circa ꝓthocolla notariorꝝ seu iuratorꝝ nullū officium ex scribariis nostris ꝓpriis habētium. Circa uero ꝓthocolla notas scripturas & registra secretariorum nostrorꝝ: necnon scribarum curiarum nostrarum consilii nostri chamberiaci residentis iudicum ordinariorꝝ. bayliuorum castellanorum: & aliorum officiariorum nostrorꝝ iura nostra patrimonialia & fiscalia continentes & concernentia seruari uolumus & iubemus quod iam statutum est. uidelicet q̄ omnia ipsa talia prothocolla & registra ipsorꝝ secretariorum & scribarum nostrorū statim post eorum decessus uel recessus p officiarios nostros locorꝝ fideliter & integraliter recolligant sigillent collataq; & sigillata ad camerā nostrā computorū nostrorum secure deportent ad ꝓpetuam memoriam & conseruationem iurium nostrorum & aliorum in archiuis nostris conseruanda. Pœna. xl. solidorꝝ fortium cuilibet castellano seu eius locūtenenti. Necnon cōmissario ad expeditionem ꝓthocollorum alienorum deputato huius edicti nostri transgressori irremissibiliter īminente.

¶ Quod defunctis testatoribus uel donatoribus cā mortis notarii habētes penes se instra testamentorꝝ codicillorꝝ uel donationū per ipsos defunctos factarꝝ notificent heredibus & legatariis eorꝝ. 22

VT defuncti suis uoluntatibus & piis dispōnibus non fraudent. & inter uiuentes de bonis ipsorꝝ defunctorꝝ cesset contentio statuimus hoc edicto. q̄ notarii & iurati nostri in quorꝝ prothocollis tam propriis q̄ sibi cōmissis fuerint registrata testamēta codicilli. donationes ex cā mortis. aut aliæ ultimarum uoluntatum dispositiōes aliquarum psonarꝝ statim postq̄ nouerint aliquam ex ipsis psonis ab humanis decessisse q̄ breuius cōmode poterūt notificent heredibus uniuersalibus uel particularibus. legatariis. fideicommissariis. donatariis: & aliis ex ipsis testamento: codicillis. seu donatiōibus in bonis ipsius psonæ defunctæ ius habentibus. q̄ penes se habent huiusmodi testamenta: codicillos: seu donatōes cā mortis eis scribendo summarie effectum institutionum heredum legatorum fideicommissorum & donationum ipsarum: Curato uero seu rectori parrochialis ecclesiæ psonæ defunctæ scribant sub breuibus uerbis tales notarii ea quæ ipsæ personæ defunctæ in suis testamentis codicillis aut donationibus disposuerint aut legauerint ad pias cās hæc eadem significādo executoribus ipsarum ultimarum uoluntatū. si qui per psonas defunctas fuerint cōstituti. Sub pœna sex solidorꝝ fortium p quēlibet notarium in suis uel sibi cōmissis ꝓthocollis habentem huiusmodi testamenta seu alias ultimarum uoluntatum dispositiones notificare his quorū intererit ut præfertur negligentem committenda & fisco nostro applicanda.

¶ Quod notarii grossent & expediant petentibus infra mensem postq̄ fuerint requisiti. q̄q; illa nō grossent in membranis abrasis aut alias ineptis. 23

PRæsenti statuimus edicto: q̄ omnes & singuli notarii & iurati nr̄i litteras & instra per eos recepta: seu in ꝓthocollis alienis sibi commissis registrata infra unū mensem

HAYKOBY IMOHY IMEHI ЛИКОВА

postq̃ fuerint ipsi notarii uel iurati per psonas quas intererit sup hoc requisiti de dictis ptho/ collis suis uel sibi cõmissis leuent grossent & in formam publicam redigant: sic q leuata & redacta ipsis psonis petentibus si & put earum intererit & pro eis faciant ipsa instrumenta sumptibus eas tẽperatis expediãt: Sub pœna decem solidos fortium: hoc eodẽ edicto phi/ bentes ipsis oibus & singulis notariis & iuratis nris: ne quascunq; lras seu instra publica le/ uare grossare seu scribere psumant: seu in formam publicã redigere in cartis seu mẽbranis de qbus alia uetus fuerit abrasa scriptura: aut aliis imondis & ineptis: Sub pœna decẽ librarũ fortium p quelibet contrafacientẽ cõmittenda & fisco nostro applicãda.

¶De artibus & artistis liberalibus & mechanicis.

¶De phisicis & cirugicis. 24

Voniam ubi maius periculum uertit ibi cautius est agedum: hoc edicto phibemus ne quis phisicus seu cirugicus. aut p phisico seu cirugico se gerens ignotus aut de pti bus remotis ad priam nostram accedens in ciuitatibus uillis & locis ipsius patriæ nostræ ad praticandum artem phisicorum seu cirugicorũ admittat: nec ad hoc se ingeret psumat quo/ usq; coram castellano aut officiario loci se psonaliter exhibuerit. Et idem castellanus seu of/ ficiarius uocatis secum sindicis ipsos locorum ipsum se sic exhibentem faciat p doctores ma gistros aut alios phisicos seu cirugicos notos famosos & in ipsis artibus expertos de & super arte quam practicare se uelle dixerit diligenter examinari. quos ad hoc dicti castellanus seu officiarius & sindici dixerint eligendos & euocandos: Per quos si talis petens ad practicã se admitti reperiat & approbet idoneus: tũc ad practicandum suam huiusmodi artem in ipsis ciuitatibus uillis & locis patriæ nostræ fauorabiliter admittat & tractet. Si uero insufficiens per dictos examinatores reperiat & iudicet tunc practicatio p ipsum petita sibi deneget ad quam si post denegationem & phibitionẽ p ipsos castellanos seu officiarios loci tunc sibi fa/ ctam se ingerere præsumpserit. per eundem castellanum & alios officiarios locos: ad quam practicam prohibitam attemptando se conferret capiat: & iuxta suæ psonæ: & culpæ quali tatem ppetuam uel temporalem bãnitiõem uel alias debite puniat. & ab omni practica cõ/ pescatur. ¶Omnibus & singulis doctoribus magistris & aliis in artibus phisica & cirugica expertis & practicãtibus ĩ pria nra: præceptum iuris innouãtes iubemus. quatenus cũ ipsos uel ipsos aliquem ad psonas graui egritudine detentas p remediis & medicinis ppinãdis ac cedere cõtinget eos moneant & inducant uerbis consolatoriis & non terrentibus. quatenus ante oẽm susceptionem medicinæ corpalis medicinam spiritualem. Videlicet pænitentiæ & eucharistiæ salutaria sacramenta digne & reuerenter suscipiant. ut ipsa spiritualis medicina cooperet corporali. Frequenter & enim ppter hominum peccata corporeæ afflictiones con/ tingunt: Deinde ipsis psonis infirmis post susceptionem dictæ medicinæ salutaris medicinas corpales cum omni discretione & cautela ministrare studeant.

¶De appothecariis. 25

Ppothecariis speciariis drogueriarumq; & medicinarum cõfectoribus hoc edicto iu bemus. ne triacam metridatum. aut alias medicinales confectiones seu res simplices uel compositas ad augumentandum eorum quantitatem & deteriorandum qualitatem so/ phisticare uel falsificare præsumant: in compositione torchiarum cereorum & candelarum quas uẽdunt: picem turbentinam. puluerem fabarum. uel quicqd aliud ceræ de qua eas cõ ponent admiscere non audeant. Omnes & singulas species aromaticas grossas & minutas. droguerias: confectiones & omnia alia ad unum solum pondus. uidelicet qndecim unciarũ

uendant & ponderent. Exceptis dũtaxat his: quæ per consilium medicos ponunt in medici nis compositis quæ ad pondus determinatũ p ipsos medicos in cedulis receptas debeant põ/ derari. Arsenicum uero & quodcunq; aliud tosicum nulli noto uel ignoto uendant uel uen/ dere seu tradere attemptet: nisi uocatis & præsentibus tribus uel pluribus personis honestis & fidedignis. In quarum præsentia interroget per apothecarium ipsum is: qui petit uendi di ctum arsenicum uel tosicum ad quid faciendum uult ipsum emere. Qui si dicat & asserat apothecario seu medico eius iuramento q non pro aliquo malo inde perpetrãdo. sed tantũ/ modo pro muribus interficiendis. tunc sibi tradet poterit idem apothecarius cum una ulna fili in signum capistri more solito in præsentia predictorum testium retinendo in scriptis pe/ nes se nomina & cognomina ipsius emptoris & dictorum testium una cum anno mense & die traditionis dicti tosici: ut si in futurum aliquod sinistrum inde succederet: posset delin/ quens sciri & comprehendi. Si quis autem apothecarius in trãsgressione huius edicti nostri uel alicuius partis eiusdem repertus fuerit culpabilis p qualibet transgressione pœnam cen/ tum solidorum fortium fisco nostro applicandam se nouerit incursurum.

¶De macellariis & piscium uenditoribus. 26

Macellarii & piscium utriusq; sexus uenditores caueant: ne carnes corruptas putrefa/ ctioniq; ppinquas uel infectas: uel ouinas carnes uel caprinas p motoninis: porco/ rumq; uel aliorum animalium leprosorum aut morbosorum pro carnibus mondis & sanis: Necnon pisces putridos corruptos uel infectos cuiq uendere præsumant: seu uenales expo/ nere audeant: Sub pœna. xl. solidorum fortium per quelibet & qualibet uice contrafacien/ tem cõmittenda & fisco nostro applicanda.

¶De uenditoribus & uenditricibus panis & uini. 27

Pistores & uenditores panis & uini utriusq; sexus in confectione panis frumenti: fari/ nam siliginis: speltæ: ordei: uel alterius bladi miscere non audeant: panesq; faciãt de bite quãtitatis habito respectu ad precium frumenti: currens p tempore: Sub pœna quartæ partis panis uenalis: qui reperiet in bancha ipsius uẽditoris seu uẽditricis: hoc nostrũ edictũ transgredientis p castellanũ seu officiariũ loci: aut per sindicos ubi assuetum est leuandæ & paupibus hospitalitatis ipsius loci distribuendæ. Tabernarii uero seu uenditores uini: uinũ corruptum infectum sophisticatum uel alias ineptum pro bono & puro uino uendere non attemptent: falsis mensuris in uenditione ipsius uini non utantur: diebus dominicis & festi/ uis colendis ante celebrationem missæ parrochialis. Tabernarios & potatores tabernas suas intrare non pmittant: nec eis uinũ uendant seu ministrent quoquomõ. Ebriosis omni die & hora qua dicti uenditores uini uiderint eos intrare ebrietatem ulterius uinum non porrigãt seu uendant: sed ipsos de suis tabernis expellant. Et si exire recusauerint eos p familiares cu/ riarum locorum inde expelli faciant: Sub pœna decem solidorum fortium per quelibet uini uenditorem utriusq; sexus contrafacientem p qualibet transgressione huius edicti nostri cõ mittenda: & fisco nostro applicanda.

¶De uenditoribus omnium uictualium. 28

Venditores & reuenditores utriusq; sexus quorũcũq; uictualium in ciuitatibus uillis & locis patriæ nostræ non exponant uenalia quæcunq; uictualia corrupta ifecta im/ monda: seu alias inepta p bonis & mundis. Nullum emptorem in uenditione ipsorum ui/ ctualium fraudari presumant in quarũcunq; rerum qualitate numero: pondere uel mensu/ ra. Quod etiam ad omnes mercancias extendi uolumus & iubemus; Sub pœna per iudices

HAYUBA BIBLIOTEKA MOHY INDIANI LITEWSKIEGO

ordinarios ipſarum ciuitatum uillarum & locorum cum deliberatione ſindicorum: ſi prout fuerit expediens pro delinquentium & delictorum qualitate cuilibet delinquentium in aliquo præmiſſorum infligenda.

¶De merchatoribus & campſoribus. 29

MErchatores quarũcunq; rerũ ſeu merchantiarũ: necnon campſores caueant omnino ne in ſuis merchantiis & cambiis aliquas fraudes: fallacias ſeu deceptiones in ipſarũ rerum ſeu merchantiarum qualitate numero pondere uel menſura committere præſumant quouis exquiſito colore: Sub pœna per iudices ordinarios locorum in quibus aliquas fraudes fallatias ſeu deceptiones huiuſmodi committi contigerit ſecundum delictorum & delinquentium qualitates arbitranda & in delinquentes exequenda: facta prius emenda damni dati huiuſmodi deceptis & grauatis.

¶De hoſpitibus. 30

HOſpites domos ſuas cameras & ſtabularia habeant & teneãt cõptas & mondas ſufficienterq; de lectis utenſilibus & uictualibus munitas ad colligendos & paſcendos hoſpites ſuorum & eorum equitaturas: teneantq; ſecum bonos probos & notos famulos: & famulas honeſtas ad ſeruiendum pecuniaſq; ac alias quaſcunq; res auri: argenti: iocalia: & cætera per dictos hoſpites receptos ad cuſtodiam hoſpitibus traditas & diſpoſitas: ipſi hoſpites recipientes fideliter & ſecure ſub eorũ periculo & onere reſtituendi cuſtodiant & conſeruent: Ipſos quoq; hoſpites receptos decenter paſcant: & iuxta uictualium habundantiam uel cariſtiam occurrentem præcia paſtuum iuſte & moderate ab eis exigant: Et ſi forſan circa hoc ipſos hoſpites recipientes contingat excedere ipſa præcia paſtuum per caſtellanos ſeu officiarios locorũ cum conſilio ſindicorum taxari iubemus quotiẽs fuerit oportunum: pœna arbitraria ipſorũ officiariorum locorum ꝓ delinquentium in præmiſſis: & delictorum qualitate huius edicti noſtri tranſgreſſoribus imminente.

¶De artibus & artiſtis mecanicis. 31

QVoniam impoſſibile eſt & ſuper humanam facultatem ſingulis hominum maliciis obuiare: & ſup omnibus caſibus & negociis correctione dignis per ſpecialia ſtatuta ꝓuidere: hoc edicto perpetuo & irrefragabili ſtatuimus & iubemus. q̃ omnes & ſinguli aurarii fabriq; omnium utenſilium & inſtrumentorum ferri: & calibis: figuli: campanarum: ollarum: peluium: cacaborum: & aliorum uaſorũ cupri: eris: ſtãni: & plumbi: ueſtimentorum ſartores: ſodratores: pelliparii: pãnorum & tellarum textores: bordatores: tapicerii: coriorũ aptatores: correatores: ſutores: ſellerii: brigidarii: armatores: baliſterii: arcuum & ſagittarum factores: cutellarii: corrigearii: pictores: ſculptores: uitriarii: burſarii: guanterii: ligullarii: cadularii: molẽdinarii: fornarii: paſtillarii: Necnõ equorum & omnium merchanciarum: corraterii: miſſillierii: uinearum & prædiorum cuſtodes: ac cæteri quicũq; opifices: mecanici. uidelicet eorum quilibet ĩ omnibus & ſingulis ciuitatibus: uillis & locis patriæ noſtræ exercere ſtudeat: & de facto exerceat artem ſuam fideliter & legaliter & ſine fraude. Et ut huiuſmodi arteſani & eorum quilibet ad hæc ſaltẽ arceanẽ pœnæ formidinæ: hoc edicto ſtatuendo committimus & mãdamus omnibus & ſingulis caſtellanis ſeu officiariis noſtris per ſingulas ciuitates uillas & loca patriæ noſtræ: in quibus huiuſmodi opifices reſidebũt cõſtituti: Quatenus ſingulis annis in principio menſis ianuarii cum conſilio & conſenſu ſindicorum & conſulum ipſarum ciuitatum: uillarum & locorum deputent in ipſis ciuitatibus uillis & locis ſuper qualibet arte & artiſtis illius unũ uel duos uiſitatores & iſpectores ipſarũ

artium & rerum artificiatarum in ipſa arte praticos & expertos fideleſq; prudentes & probos. Qui præſtito dum aſſumenẽ in manibus caſtellani uel officiarii eos deputantis in præſentia ſindicorum loci corporali iuramẽto de & ſuper huiuſmodi ſibi commiſſo officio cum omni uigili probitate exequendo ter quater uel pluries in anno prout uiſum fuerit expedire ignorantibus dictis artiſtis: uocatis ſindicis: aut per eos in hac parte ſubrogatos: Necnõ familiaribus curiarum dictorum locorum ſi fuerit oportunum: ut uiſitent operagia dictorum artificum ſingulorum: & diligentes inſpiciant. ſi dicta artificia ſint bene uel male compoſita. & de bona uel mala materia utili uel inutili. Et ſi quos ex dictis artiſtis in materia uel forma ſuæ artis erraſſe inuenerint. ipſos errantes & eorum errores ſeu defectus prædictis caſtellanis ſeu officiariis locorum notificent & reuelent in præſentia ſindicorum. quorũ conſilio & deliberatione ipſi caſtellani ſeu officiarii huiuſmodi errantes ſeu delinquentes in præmiſſis corrigant & puniant. uidelicet eorum quẽlibet pro modo culpæ ſuæ. Et inſuper ſi forſan dictos artiſtas cuiuſcunq; ſtatus facultatis in exactione præciorum ſuorum operagiorum contingat excedere ipſum exceſſum dicti caſtellani ſeu officiarii locorum cum conſilio ſindicorũ & conſulum ciuitatum uillarum & locorũ in quibus hæc contingent debite moderent: ipſaq; operagia iuſte taxent & apreciant quotiens fuerit expediens. Prouideant quoq; eodem conſilio: ne artiſtæ ſeu opifices alicuius artium facere attemptent inter ſe monapolia ſeu conuẽticulas de uendendo res ſuæ artis ad unum præcium: aut imponẽdo ſuper rebus cariſtiam: Et ſi quos de huiuſmodi monapolis: ſeu conuenticulis culpabiles inuenerint uel ſciuerint: illos perſonaliter capiant & contra eos diligenter inquiri faciant: Et demum iuſtitia mediante iuxta demerita eorum puniri procurent.

¶De operariis ad ſalaria quottidiana extra domos eorum. 32

RVrſus quia lathomi: carpentarii: quadrigarii: uinearum & terrarum cultores: falcatores: meſſores: cæteriq; laboratores: operarii: affanatores ad ſalaria quottidiana extra ꝓprias earum domos laborantes: in exactione & receptione ſalariorum & mercedũ ſuorum laborum excedunt: Et a decem annis circa uel circa ꝓut ſuper hoc frequentes querelas recepimus in magnum rei publicæ & aliorum ſubditorum noſtrorum incõmodum exceſſerunt huiuſmodi exceſſus debito moderamine refrenare uolentes hoc edicto perpetuo ſtatuẽdo committimus & mandamus omnibus & ſingulis iudicibus ordinariis ciuitatum uillarũ & locorum patriæ noſtræ in quibus de præmiſſis exceſſibus querelas oriri contigerit: Quatenus ſingulis annis in principio menſis ianuarii & pluries ſi fuerit expediens uocatis caſtellanis & officiariis noſtris: ſindiciſq; conſulibus: & pluribus probis uiris ipſarum ciuitatum uillarum & locorum: ac etiam pluribus laboratoribus: ſeu operariis cõtra quos querelæ predictæ exortæ fuerint cum deliberatione & conſilio ipſorum caſtellanorum ſeu officiariorum ſindicorum conſulum: & aliorum aſtantium debite taxent & moderent præcia ſeu ſalaria quottidiana omnium operariorum & laboratorum prædictorum uirorum & mulierum extra domos ſuas ad opera aliena operantium iuxta longitudines breuitates: & mediocritates dierum qualitateſq; ipſorum laboratorum & laborum: necnon uictualium habundantiam uel cariſtiam: cæteraſq; circunſtãtias opportunas. Omnibus & ſingulis operariis prædictis utriuſq; ſexus hoc eodem edicto: Sub pœna per dictos taxatores arbitranda mãdãtes quatenus huiuſmodi ſalariorum taxationi diſtricte pareant: nihilq; ultra ipſam taxã a quocũq; pro ſalario ſuo ſeu mercede ſuorum laborum ſeu operum quottidianorũ exigere præſumãt.

HAYDOBA BIBLIOTHECA
ОНУ ІМЕНІ І. ПАВЛИКОВА

Quæ quidem minor quinq; ſolidorum fortium pro quolibet tranſgreſſore: & quolibet actu tranſgreſſionis imponi non debeat. Eadem pœna plecti iubentes omnes & ſingulos utriuſq; ſexus qui cuiuis laboratori ſeu operario quicq̃ ultra taxam prædictam ſoluere uel dare præſumpſerit fiſco noſtro applicanda. Prouideant inſuper dicti caſtellani ſeu officiarii cum deliberatione ſindicorum pœnarum formidabilium per eos imponẽdarum remediis: ne uiridaria uineæ: orti: cæteraq; prædia ciuium burgenſium & incolarum ipſaq; ciuitatum uillarum & locorum patriæ noſtræ præter uolũtatem & beneplacitum dominoq; ipſarum rerum rumpant: intrentur fructibus ſpolientur: ac eorum ſepes & clauſuræ frangantur & aſportẽtur: ſeu alias in ipſis damna inferant. In cæteris quoq; rei publicæ ciuitatum uillarum & locorũ prædictorum polliciam & debitam adminiſtrationem ſubditorumq; quietem & tranquilitatem concernentibus decenter & utiliter diſponendis & exequendis cum conſilio ſupradicto prefatos caſtellanos ſeu officiarios noſtros: dum & quotiens per ipſos ſindicos locorum fuerint requiſiti: uel alias opus fuerit oneramus hoc edicto perpetuo eoſq; ſolicitos & attentos eſſe iubemus: Sub indignationis noſtre pœna.

¶De uſuris. Reprobatio uſurariæ prauitatis. 33

REm duram atq; inhumanam caritatiq; contrariam uſurarum rabiem atq; uoraginẽ in noſtra re publica impiiſſimam pſpeximus ſalubberrimo ſanare huius ſtatui remedio: Nouimus enim fama publica manifeſtante: q; non nulli noſtræ dictioni ſubiecti cupiditate miſerrimis eorum animis excreſcente ſic fuerunt & ſunt auariciæ omnium malorum radici uinculis alligati: q; nec diuini humaniq; iuris obedientia præceptorum: nec pœnarũ diuinarum humanarumq; conſtitutionum terrore aut fulgurantis haſtæ & mucronis uibrati excommunicationis metu: uel diuinæ ultionis & extremi iudicii formidine: aut priuationis eccleſiaſticæ ſepulturæ horrere ab uſuraria prauitate diſcedunt: Sed uelut diuinorũ & humanorum præceptorum contemptores & in profundum malorum quieſcentes in illa infeliciſſima uſurarum tyrannide pſeuerantes: nouas ſemper ad damnatiſſimam uſuratum ſeueritatem celandam & modis multifariis diſſimulandam deproperant edere formas uariis exquiſitiſq; coloribus ſimulatis & uelatis contractibus exquiſitas: Hoc igit̃ edicto perpetuo ſalutari utriuſq; iuris diuini & humani imitatores & executores: uniuerſis & ſingulis ſubditis noſtris cuiuſcunq; gradus & ſtatus chriſtianis & iudeis præſentibus & futuris prohibemus & interdicimus deinceps exercere quoquomõ omne fœnus omnemq; ſpeciem uſuræ publice uel oculte directe uel indirecte: necnon inhire cum aliquo ſeu aliquibus aliquem contractũ uſurarum purũ nudum aut quouis modo ſimulatum: uelatum: ficticium & præſumptum: & ſub aliqua alia forma conceptum ſeu quoduis pactum uel conuentionem ex quo uel qua poſſit deprehendi ſeu detegi uſuram eſſe contractam: hoc eodem edicto caſſantes irritantes & penitus abolentes omnia & ſingula priuilegia indulta: omneſq; libertates ſi quæ generaliter uel ſpecialiter in contrarium huius edicti noſtri reperient̃ conceſſæ uel conceſſa: q̃buſcunq; perſonis aut uniuerſitatibus ſub quacunq; uerborum formula uel expreſſione decernentes huiuſmodi priuilegia indulta & libertates impetratoribus eatum non ꝓdeſſe uelut ſubrepticie & contra ius diuinum & humanum emanatas.

¶De ludis & luſoribus. 34

VOniam ludorum quidem ſunt ad tedii remedium animi ſolatium corporis exercitium recreationemq; & induſtriam: Quidem uero ad propriarum facultatũ deburſationem alienarumq; ſubtractiõem & ambitionem: necnon fraudum periuriorum blaſfemiarum: & iniuriarum dei: & proximi perpetrationem inter huiuſmodi ludos ſic duximus diſtinguendum: quoniam ludus primæ ſpeciei: utpote ſcacorum: alearum: pilæ: paleti: billiarum: arcus: baliſtæ: Et ſimiles ĩ præſentia noſtra fieri permittimus: dummodo nullum lucrum pecuniariũ uel alterius cuiuſcũq; rei: Exceptis dũtaxat comeſtibilibus: & potabilibus quæ inter ludentes uno tantũ paſtu conſumi ualeãt interueniat: Cæteros uero ludos ſicut taxillorum: cartaq;: trinqueti: & ſimiles doloſos: & ambitioſos quouis modo cũ pecuniis: & ſine pecuniis publice uel oculte ꝑ quoſcũq; ſubditos nr̃os deinceps ꝑpetue fieri uel eis uti prohibemus: Sub pœna blaſſemoq; ſuperius libro primo titulo de maledicis: & blaſſemiis annotata in pios uſus: & ꝑ modos ibidem declaratos exequẽda: & conuertenda: Mulieribus tamen ad recreationem: & uiris cum eis iocãtibus ludum cartaq; permittimus dummodo tantum fiat cum ſpinolis.

¶De lenonibus. 35

LEnones utriuſq; ſexus qui puellas aut iuuenculas uariis deceptionibus ad ſuas habitationes attrahunt ſeu uiolenter rapiunt: uictum & ueſtitũ eis miniſtrantes eaſq; inuitas: aut ſeductas ſuam confundere caſtitatẽ cogentes: & ad luxuriandum uolentibus eas exponentes: ac omnem queſtum miſerabilem inde peruenientem accipientes ſeu participantes: Necnon eaſdem uolentes uitam ſceleratam relinquere: & legitimum matrimonium intrare non ꝑmitentes: tanq̃ peſtiferos: & communes caſtitatis uaſtatores ꝑ caſtellanos ſeu officiarios nr̃os ciuitatum: uillarum: & locoq; alioq; patriæ noſtræ in quibus tales turpes pſonas huiuſmodi lenocinia fouentes reperiri cõtingerit: ſtatim poſt habitam ueram de huiuſmodi crimine notitiã capi: & incarcerari per tres dies ĩ uictu panis: & aquæ uolumus & iubemus: Quarta uero die duci ad pillarium per tres horas: Et deinde per careriam magis publicã cũ uirgis: & funiculis per humeros nudatos cedi: & duci. Et demum a prædictis ciuitatibus: uillis: & locis expelli: & perpetuo banniri. Receptores autem huiuſmodi lenonum ſeu lenarũ: & meretricum: ſeu eis domos ſuas locantes pœna decem librarum fortium totiens quotiens de receptationibus ſeu locationibus prædictis reperientur culpabiles committenda: & ꝑ officiarios prædictos ciuitatum uillarum ſeu locorum ubi caſus contigerit exigenda puniri uolumus & iubemus: de q̃bus decem libris quartam partem eiſdem officiariis locorum delicti ꝓ labore executionis prædictæ pertinere: & ſibi retineri uolumus: Tres uero partes cõuerti ad opera pietatis modo: & forma in capitulo de maledicis: & blaſſemiis libro primo declaratis. Et ſi non habeant huiuſmodi delinquentes de ere ad ſoluẽdum pœnam pecuniariam prædictam luant de corpore iudicis ordinarii loci arbitrio iuxta delictorum & delinquentiũ qualitates. Omnibus & ſingulis caſtellanis ſeu officiariis noſtris uillarum ſeu locorum inhibentes hoc edicto: Sub pœna. xxv. librarum fortium totiens quotiens contra hoc edictum ſaluberrimum quẽquam ex ipſis officiariis attemptari contigerit committenda: & fiſco noſtro applicanda: ne dictos lenones utriuſq; ſexus palam uel oculte directe uel indirecte foueat uel ſupportent: aut alias impunitos relinquant.

¶De mendicantibus ualidis: & aliis
ocioſis: & uagabundis. 36

MEndicantes ualidos: qui per caſtellanos ſeu officiarios nr̃os ciuitatum: uillaq;: & aliorum locorum uocatis ſindicis: ſeu duobus aut tribus probis uiris ubi nõ erunt ſindici

HAYIOPA BIBLIOTEKA POHY IMENI V. MEUBVIKOBA

inſpicientur: & reperientur membris integri: & ſenio nõ confracti uel alias debilitati. Et in/ ſuper omnes alios uagabundos nullas facultates in rebus mobilibus uel immobilibus: reddi tibus uel merchanciis poſſidentes: nullamq; artem liberalem uel mecanicam exercẽtes: ſed potius ocio uacãtes ludorum: tabernarum: meretricumq; ſectatores: in ipſis ciuitatibus uil/ lis: & locis aliis patriæ noſtræ incolatum habere prohibemus: Quinimo ipſos omnes: & ſin/ gulos tales inertes p dictos officiarios locorum quos a talibus miſeriis purgari uolumus inde expelli: & banniri perpetuo iubemus. Receptatores taliũ ſeu eis domos locantes ſi poſtq̃ eos tales eſſe comperierint a domibus ſeu habitationibus eorum non expulerint: pœna recepta/ torum lenonum: & meretricum ĩ capitulo proxime præcedenti notata per ipſos officiarios lo corum decernimus fore plectendos.

¶De concubinariis.

¶De concubinatu laycorum. 37

Omnem concubinatum: & cohabitationem uirorum & mulierum matrimonio ad in/ uicem non copulatorum: & de uita fornicaria ſuſpectorum deteſtantes per caſtella/ nos ſeu officiarios ciuitatum: uillarum: & locorum patriæ noſtræ: in quibus huiuſmodi con cubinaria foueri cõtigerit pœnarum debitarum remediis infracriptis adinuicem diſſolui: & omnino ſeparari: & puniri: ſtatuimus & iubemus. Videlicet ſi ambo concubinatum fouẽtes fuerint ſoluti uiros carceribus triduo in uictu panis: & aquæ retrudi: Et ſi forſan fuerint re/ lapſi in crimine pro primo relapſu pœna prædicta duplicetur: pro ſecundo triplicetur: & ſic deinceps multiplicetur. Mulieres uero pro primo crimine capiantur: & captæ per uicum ma gis publicum loci: publice deducantur tuba præcedente: per humeros diſcopertos uirgis uel funiculis flagellandæ: Et ſi fuerint relapſæ pro primo relapſu pœna prædicta reiteret: & ipſo inſtanti a loco & toto territorio delicti per triennium banniantur. Si uero prædicti concubi/ narii utriuſq; ſexus uel eorum alter fuerint aliis perſonis ſeu alteri perſonæ coniugatæ: ita q̃ eorum concubinatus ſit adulterium: Viri in primo caſu p ſeptem dies carceribus detrudantur in uictu panis & aquæ: lecto priuandi: niſi ſtraminibus: Et ſi fuerint relapſi pœna eis dupli/ cetur: deinde multiplicetur pro numero relapſuum ut ſupra. Mulieres uero in primo caſu ad pilarium deducantur ibidem ligandæ per tres horas: deinde cum ſonitu tubæ per uicum magis publicum loci delicti cum uirgis: & funiculis uerberandæ prout ſupra deducantur: & poſtmodum a loco: & territorio delicti per ſeptẽnium banniantur.

¶De concubinis uirorum eccleſiaſticorum. 38

Concubinas preſbyterorum: & alioꝝ eccleſiaſticorum uirorum ſtatim poſtq̃ caſtella nis ſeu officiariis noſtris conſtiterit de ipſo concubinatu capi uolumus: & iubemus: & per ſeptem dies carceribus detrudi uictualibus: & lectis priuãdas: exceptis pane: & aqua & ſtraminibus: deinde tribus diebus ĩ pilario qualibet uice p tres horas alligari: Et ultima di ctorum trium dieꝝ per uicum magis publicum loci delicti cum uerberibus uirgarum uel fu niculoꝝ: & ſonitu tubæ deduci: Et exinde de loco: & toto territorio per ſeptennium banniri. Prohibemus autẽ diſtricte ſub ĩdignatiõis noſtræ pœna prædictis caſtellanis ſeu officiariis: ac oĩbus eoꝝ ſamiliaribus ne aliqbus preſbyteriis ſeu uiris eccleſiaſticis inferãt aliquã uiolen tiam offenſam uel dãnum in pſonis uel in bonis occaſione ſupradicta uel alia quacũq; etiam

ſi repierint ipſos cum ſuis cõcubinis in eiſdem domibus ſeu lectis. Sed ſtatim accedant ipſi ca ſtellani ſeu officiarii uel mittant ad ordinarios ipſoꝝ preſbyteroꝝ ſeu uiroꝝ eccleſiaſticoꝝ cõ cubinarioꝝ: & eoꝝ crimina denuncient p iuſtitia miniſtranda: niſi eſſet dubiũ de fuga: quo caſu eos capere poſſint p remiſſione infra tempus debitum ordinariis ſuis facienda.

¶Mulieres fornicariæ a uicinitate honeſtarum mulierum expellantur. 39

Aſtarum mulieꝝ hõeſtatem atq; pudiciciam toto conamine cõſeruare uolentes: ne ſtatus eaꝝ impudicaꝝ mulierum uicinitate fedetur. Mulieres fornicarias ſolitarias ĩ ſuis cameris uiuentes: & unum uel plures amaſios ad fornicandum ſecum recipientes: a car/ reriis: & uicis publicis ac tota uicinia mulierum honeſtarum expelli: pœniſq; cõcubinarum adulteraꝝ prædictaꝝ p caſtellanos ſeu officiarios locoꝝ in quibus tales repient̃ plecti uolu/ mus & iubemus.

¶De meretricibus publicis. 40

Licet meretricalis uitæ turpitudo mentiõem fieri de eadem in libris uel ſcripturis decen tibus nõ requirat: attamen qa diſſimulat meretricum ipſaꝝ ſtatus nepharius: ne mu lieres honeſtas inficiat eſt debitis limitatiõibus cohartandus: Statuimus igit q̃ ĩ ciuitatibus uillis: & locis aliis in quibus publicas meretrices accedere ſeu morari contigerit per caſtella/ nos ſeu officiarios nr̃os locorum in ipſis ſingulis ciuitatibus: uillis: & locis p̃dictis ubi nõ fue rit iam ſtatutus ſtatuatur locus uilior: & ocultus: ab omniq; mulierum honeſtarum uicinia remotus intra ipſas ciuitates uillas & loca: in quo omnes huiuſmodi meretrices habitaturæ reducantur: ſic q̃ alibi ſuas habitationes fouere ſeu conſeruari non præſumant: Sub pœna lenarum ſupradicta per quẽlibet earum contrafacientem ſtatim ſubicienda. Et quia ſicut ui ta ſic habitu debet diſtingui meretrix a matrona ſtatuimus: & iubemus: q̃ huiuſmodi publi cæ meretrices ut earum utilitas ex habitu exteriori cognoſcat̃ deferant: & deferre teneantur de cætero continue: & publice in earum capitibus habilimenta cornuta: & eleuata ad longi tudinem medii pedis adminus omnibus patentia. Quæ quidem cornua ſeu cornuta inſtru menta ipſis meretricibus cedi uolumus: & ordinamus in ſignũ meretricii publici. Omnibus aliis mulieribus honeſtis huiuſmodi cornuum uſum ad ornatum capitis penitus interdicen/ tes: Sub pœna detrimenti ſui honoris. Et ut ſaltem in diebus ſanctis ab earum ſordicie co/ gantur abſtinere ſtatuẽdo inhibemus dictis meretricibus: ne a die ſabbati ramis palmarum uſq; ad quintam feriam poſt paſca exire præſumant earum receptacula: nec in publico com parere: niſi forſan aliquæ earum uellent a uia ſua mala reſilire. Quibus uidelicet cõuerti uo lentibus liceat de tamẽ caſtellanorum ſeu officiarioꝝ prædictorũ locorum licentia ad ſermo nes publicos: & ad penitentiæ ſacramentum accedere. Et ut facilius ad hoc inclinentur pro/ curari uolumus: & iubemus per dictos officiarios: q̃ bis uel ter in ſancta ebdemoda congre gentur ipſæ miſeræ in unum locum: ubi aliquis notabilis predicator eas moneat: & hortetur ad conuerſionem ſalutarem: prouideant etiam dicti officiarii q̃ medio tempore dictæ inclu ſionis ipſis infelicibus per aliquas uetulas expenſis earum uictualia neceſſaria miniſtrẽtur.

¶Decretorum dominicalium liber tertius
Explicit.

HAVORA BIBLIOTEKA MEDIHNIKOBA

DECRETORVM DOMINICALIVM LIBER QVARTVS INCIPIT.

¶ Prologus.

HE sub uaga licentia nostri canzellarius: præsidens consilii chamberia ci residentis: iudices ordinarii: cæteriq; sigilliferi: seu exituum & emo lumẽtorum sigillorum omnium: & singularum curiarum nostrarum exactores: nostri quoq; secretarii ac scribæ curiarum dicti cõsilii nostri chamberiaci residentis: necnon iudicum ordinariorum: & delegato/ rum: bayliuorum & castellanorum nostroꝝ in exactione emolumen torum sigillorum scripturarum: & registrorum in ipsis curiis nostris: & officiis expediendarum ualeãt excedere seu quẽquam grauare. Et una quæq; persona ne/ gociatura in altera dictarum curiarum nostrorum seu altero officiorum sciat quantum pro sigillis scripturis: & registris huiusmodi soluere debeat: taxationes: & moderatiões ipsorum emolumentorum sigillorum scripturarum: & registrorum duximus faciẽdas: & fecimus ut sequitur. Quas si quisq̃ plus exigendo uel recipiendo q̃ ipsa taxa permiserit: pro sigillis scri/ pturis uel registris supradictis trãsgredi præsumpserit: ꝓ qualibet transgressione in pœnam centum solidorum fortium eo ipso incidere decernimus fisco nostro applicandam.

¶ Taxa sigillorum & scripturarum litterarum constitutionum officiariorum domini.

PRimo pro sigillo litterarum cõstitutionis canzellarii nostri exigi decer nimus decem florenos parui ponderis: Et pro scriptura earundem lit/ terarum duos florenos pui pon. Item ꝓ sigillo litterarum constitutio/ nis marescali nostri armatæ miliciæ seu cuiuslibet marescalorũ nostro rum florenos sex: & ꝓ scriptura earundem duos florenos pui pon. Itẽ pro sigillo litterarum constitutionis capitanei nostri pedemontium: si & quando continget talis cõstitutio decem florenos: Et pro scriptura duos florenos pui pon. Pro sigillo lr̃arum cõstitutionis capitanei Niciæ: & terræ nostræ pro/ uinciæ decem florenos: Et ꝓ scriptura duos florenos pui pon. Pro sigillo litterarum necessa/ riarum in cõstitutione præsidentis consilii nostri chamberiaci residentis sex florenos: & pro scriptura decemocto denarios grossos. Pro sigillo litterarum cõstitutionis cõsiliariorum no/ strorum salariatorum tres florenos: & pro scriptura unum florenum. Pro sigillo litterarum cõstitutionum cõsiliariorꝝ nr̃orum non salariatorum duos florenos: & pro scriptura unum florenum. Pro sigillo litteraꝝ constitutionis præsidentis cameræ nostræ computorꝝ sex flore/ nos. Pro sigillo litterarum constitutionum cuiuslibet magistri auditorum computorum præ dictorum quattuor florenos. & pro scriptura cuiuslibet litteraꝝ prædictarum sexdecim de/ narios grossos. Pro sigillo litteraꝝ constitutionum thesaurarii nostri generalis decem flore/ nos: & pro scriptura tres florenos. Pro sigillo litterarum constitutionum aduocati nostri fi/ scalis duos florenos: & ꝓ scriptura octo denarios grossos. Pro sigillo litterarum constitutio num cuiuslibet iudicis ordinarii expeditionisq; ipsius officii ac mandati de soluendo: & al/ locando tres florenos: & pro scriptura unũ florenum. Pro sigillo litterarum constitutionis

capitanei nostri sanctæ agathe ultra mõtes. v. flore. & ꝓ scriptura decẽocto denarios grossos. Pro sigillo lr̃aꝝ constitutionis procuratoris nr̃i fiscalis generalis duos florenos: & ꝓ scriptura octo denarios grossos. & tãtũdẽ ꝓ sigillis: & scripturis cuiuslibet ꝓcuratoris nr̃i fiscalis: tam in curia nr̃a nobiscum residentis cõsilii q̃ iudicaturaꝝ cõstituti. Pro sigillo lr̃arum cõstitutio/ nis ꝓcuratoris nr̃i in romana curia deputati quinq; florenos: & ꝓ scriptura decemocto de/ narios grossos. Pro sigillo litterarum cõstitutiõis aduocati nostri pauperum unum florenũ: & pro scriptura quattuor denarios grossos. Pro sigillo litterarum cõstitutiõis thesaurarii nr̃i guerrarum quinq; florenos: & ꝓ scriptura unum florenum. Pro sigillo litteraꝝ cõstitutiõis clauarii nostri chamberiaci residentis duos florenos: & ꝓ scriptura duos denarios grossos. Pro sigillo cõstitutionis cuiuslibet thesaurarii nostri quattuor florenos: & ꝓ scriptura unum florenum. Pro sigillo constitutõis cuiuslibet scribæ computoꝝ nostroꝝ duos florenos: & pro scriptura octo denarios grossos. Pro sigillo litterarum cõstitutionis cuiuslibet bayliui expedi tionisq; ipsius officii bayliuatus: & mandati de soluendo & alocando quattuor flore. & tan tũdem ꝓ sigillo unius uel duaꝝ litterarum si una uel duæ sint necessariæ. pro scriptura uero cuiuslibet ipsarum litterarum super hoc factarum sex denarios grossos. pro sigillo litterarũ constitutionis cuiuslibet potestatis uicarii: & castellani duos florenos: & ꝓ scriptura unum florenum. pro sigillo litterarum cõstitutionis cuiuslibet clauarii alterius q̃ chamberiaci resi/ dentis duos florenos: & ꝓ scriptura duos denarios grossos. pro sigillo litterarum cõstitutio/ nis cuiuslibet seruientis generalis duos flore. & ꝓ scriptura sex denarios grossos. pro sigillo litterarum cõstitutionis scribæ curiæ castellaniæ duos florenos: & pro scriptura octo dena/ rios grossos. pro sigillo litteraꝝ creationis cuiuslibet notarii decemocto denarios: & pro scri/ ptura sex denarios grossos. pro sigillo litterarum cõstitutionis cuiuslibet monetarii seu ope/ rarii in mõete fabrica sex florenos: & ꝓ scriptura decemocto denarios grossos. pro sigillo lit/ terarum cõstitutionis cuiuslibet magistri monetarum uigintiquinq; florenos: & ꝓ scriptu/ ra quinq; florenos. pro sigillo litterarum cõstitutionis cuiuslibet custodis monetarum qnq; florenos: & ꝓ scriptura decemocto denarios grossos. pro sigillo litterarum cõstitutõis cuius libet magistri generalis monetarum sex florenos: & ꝓ scriptura decẽocto denarios grossos. pro sigillo cuiuslibet campsoris monetarum per magistrum generalem mõetarum præsen/ tati unum florenum: & ꝓ scriptura eiusdem sex denarios grossos. pro sigillo litterarum cu iuslibet gabellatoris niciæ uigintiquinq; flore. & ꝓ scriptura eiusdem quinq; florenos. pro sigillo litterarum constitutionis uicedomini duos florenos: & ꝓ scriptura octo denarios gros sos. pro sigillo litterarum constitutionis grueri bressiæ duos florenos: & pro scriptura decẽ/ octo denarios grossos. pro sigillo litterarum cõstitutiõis cuiuslibet scribæ seu receptoris ex/ tentarum nostrarum duos florenos: & pro scriptura decemocto denarios grossos.

¶ Taxa sigillorum litterarum: & scripturarum ꝓ uniuersalibus ciuitatum: uillarum: & locoꝝ cõfectarum.

PRo sigillo litteraꝝ licentiæ creandi sindicos quinq; florenos: & ꝓ scriptura decem/ octo denarios grossos. pro sigillo litterarum concessionis libertatum: & priuilegioꝝ decem florenos. & ꝓ scriptura tres florenos. pro sigillo litterarum confirmationis liber/ tatum: & priuilegiorum tres florenos: & ꝓ scriptura unum florenum. pro sigillo littera rum licentiæ datæ communitati faciendi taleam unum florenum: & pro scriptura tres de/ narios grossos

HAVROBA BIBLIOTEKA OBY IMOVY / MIKOBA

¶ Taxa ſigillorum: & ſcripturarum litterarum gratiarum: priuilegiorum & aliorum indultorum ſingularibus perſonis factarum.

3

PRo ſigillo cuiuſlibet conceſſionis litterarꝫ libertatū: priuilegiorum aut indultorꝫ quæ inferius particulariter non taxant̃ duos flore. & pro ſcriptura ſex denarios groſſos. Pro ſigillo litterarꝫ paſſus ſex denarios groſſos. ꝓ ſcriptura. ii. denarios groſſos. Pro ſigillo litterarum nobilitatis: & habilitatiōis ad tenendū feudum nobile: & arma portanda gratis cōceſſarum. xxv. florenos: & ꝓ ſcriptura qnq; flore. Pro ſigillo ſimiliū litterarꝫ cum emolumento pecuniali īde per nos habito conceſſarꝫ decem florenos: & pro ſcriptura tres florenos. Pro ſigillo lr̃arꝫ manumiſſionis ſeu liberationis a ſeruitute uel homagio taliabili per nos factæ ſi gratis conceſſerimus decem florenos: & pro ſcriptura duos florenos. Si uero talem liberationem mediante precio fecerimus pro ſigillo duos florenos: & ꝓ ſcriptura unū florenum. Pro ſigillo litterarꝫ laudimii ſeu confirmationis alienationis feudi ꝓ quo nobis homagiū debet̃ factæ alicui: ſi preciū inde habitū aſcendat ad centū florenos: recipiat exactor emolumentorū ſigilli ſex denarios groſſos. Si uero dictū præciū excedat dictam quantitatem florenorꝫ ꝓ ſingulo centenario flore. ipſius precii duos denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura tertiam partem emolumenti prædicti ſigilli. Pro ſigillo lr̃arꝫ cuiuſlibet ſaluegardiæ per nos gratis conceſſe: nobili unū flore. burgenſi unū flore. Alteri ꝑſonæ mediocris ſtatus unū flore. Agricolæ ſex denarios groſſos. Et ſi talem ſaluāgardiam conceſſerimus ſub annuo tributo recipiat exactor emolumentorꝫ ſigilli medietatem dictarꝫ quantitatū. Pro ſcriptura uero cuiuſlibet lr̃arꝫ prædictarū a nobili: burgenſi uel altero mediocri quattuor denarios groſſos. Ab agricola uero duos denarios groſſos.

¶ Taxa ſigillorum: & ſcripturarum actorum iudicialium.

4

PRo ſigillo citationis a curia conſilii nr̃i nobiſcum reſidentis emanatæ unum denariū groſſum: & pro ſcriptura tantūdem. Pro ſigillo cuiſlibet memorialis duodecim denarios fortes: & pro ſcriptura totidem. Pro ſigillo ſimplicis citationis a curia conſilii nr̃i chāberiaci emanatæ ſex denarios fortes: & ꝓ ſcriptura totidem. Pro ſigillo cuiuſlibet memorialis ī eadem curia unū denariū groſſum: & ꝓ ſcriptura ſi ſit ſimplex memoriale tātūdem. Si uero ipſum memoriale cōprehendat deſignationē inſtrumentorꝫ ſeu aliorꝫ productorꝫ conſtitutionum ꝓcuratorꝫ & ſimilia: ita q; contineat unum totū folium papiri ſcriptū ab una parte uel mediū folium ſcriptum a duabus partibus uel circa duodecim denarios fortes. Pro ſigillo: & ſcriptura memorialis continuationem de conſenſu partium factam continētis ſoluatur ſicut de memorialibus ſimplicibus dictū eſt. Si uero continuatio facta fuerit motu uel facto alicuius prædictorꝫ conſiliorum noſtrorū coram quo cauſa uertetur nihil ſoluatur pro ſigillo. pro ſcriptura uero ſolui uolumus unum denarium groſſum. Idem ſeruetur quo ad prædicta memorialia facta in curia conſilii noſtri chamberiaci reſidentis. In curiis iudicum noſtrorum ordinariorum. pro citationibus uero recipiantur in ipſis curiis iudicū prout antiquitus in qualibet ipſarum curiarum conſuetum eſt. Pro ſigillo cuiuſlibet ſententiæ interlocutoriæ factæ ſeparatim extra memoriale ſex denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura quattuor denarios groſſos. Pro ſigillo memorialis cōtinentis interlocutoriam cauſæ ordinariæ unum denariū groſſum: & pro ſcriptura tātūdem. Pro ſigillo cuiuſlibet alterius interlocutoriæ factæ extra acta ordinaria ſi excedat ſcriptura dimidium folium papiri duodecim denarios fortes: & pro ſcriptura unum denarium groſſum. Pro ſigillo ſententiarꝫ continentium abſolutionem quantitatis pecuniarum: ſi ibidem pars ſuccumbens condemnet̃ in expenſis: ſoluat̃ ſicut in condemnatione pecuniarū & pro ſcriptura ſimiliter. Si uero pars ſuccumbens non ſit ibidem in expenſis condemnata recipiatur pro ſigillo medietas quantitatis immediate taxatæ. Pro ſigillo ſententiarꝫ cōdemnatoriarū & pro ſcriptura recipiat̃ ſicut de ſententia cōdemnatoria. Pro ſigillo ſentētiarꝫ cōtinētiū cōdemnationē pecuniariā: ſoluat ps ꝓ qua faciet talis ſentētia. Pro ſigillo decem ſolidos & ſex denarios eiuſdem monetæ cuius fuerit condemnatio ꝓ uiginti ſolidis unum ſolidum. pro triginta ſolidis. xv. denarios. pro. xl. ſolidis. xviii. den̄. pro. l. ſolidis xxi. denarium: pro. lx. ſolidis. ii. ſolidos. pro. lxxx. ſolidis duos ſolidos cum dimidio. ꝓ centum ſolidis tres ſolidos. & a centū ſolidis ſupra pro ſingulis. xx. ſolidis. ſeu ꝓ qualibet libra iiii. denarios. Ille uero contra quem faciet dictam ſententiam ſoluat pro ſigillo medietatem dūtaxat dictæ ſententiæ. Pro ſcriptura uero dictarū ſententiarum ſoluat̃ tertia pars taxæ p̄dicti ſigilli. Exceptis ſentētiis decem ſolidorꝫ & infra: de qbus tantū recipiat̃ ꝓ ſcriptura quātum ꝓ ſigillo. ¶ Pro ſigillo ſententiarum diffinitiuarū in realibus ſi reus condemnet̃ ad reſtituēdum rem petitam recipiat̃ pro ſigillo ſecūdū ualorem rerꝫ petitarū: Sup quo qdem ualore ſtetur iuramēto illius ꝓ quo feret̃ ſententia ad rōem ſupradictam: uidelicet ꝓ decem ſolidis ſex denarios monetæ contentæ in ſententia ꝓ uiginti ſolidis unum ſolidū. pro triginta ſolidis quindecim denarios. ꝓ. xl. ſolidis decem octo denarios. pro. l. ſolidis. xxi. denarium. ꝓ lx. ſolidis duos ſolidos. pro. lxxx. ſolidis duos ſolidos cum dimidio. ꝓ centū ſolidis tres ſolidos. A centū uero ſolidis ſupra pro ſingulis uiginti ſolidis ſeu qualibet l[illegible] quattuor denarios: & pro ſcriptura in omnibus prædictis quātitatibus & caſibus tertiam partem quātitatis quæ recipiet̃ pro ſigillo & pro rata exceptis de decem ſolidis infra: in quibus recipiat̃ tantum ꝓ ſcriptura quātum pro ſigillo. Ab illo uero cōtra quem faciet talis ſententia recipiat̃ tantūmodo medietas prædictorum. Pro ſigillo ſententiæ latæ in reali per quam reus abſoluitur ſi actor fuerit cōdemnatus in expenſis ſoluat ſicut ſupra dictum eſt de illo ꝓ quo facit ſententia. Si uero pars nō fuerit condemnata in expēſis ſoluat medietatem p̄dictorum. In iudiciis uniuerſalibus & generalibus idem ſeruetur quod in prædictis. In ippotecharis ſoluat ſecūdum quantitatem pro qua eſt res quæ petit̃ obligata ut ſupra dictum eſt.

¶ Taxa ſigillorum & ſcripturarum litterarum & inſtrumētorum.

5

PRo ſigillo inſtrumētorꝫ debiti pecuniarii merchatorum argenti. bladi. uini uel alterius ſpeciei ſeu rei extimatæ uel appreciatæ inſtrumento a decem florenis excluſiue infra in minuto ſigillo: uidelicet unum denarium groſſum: & pro decē ſolidis ut ſupra uſq; ad uiginti incluſiue tres denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura duodecim denarios fortes. A uiginti florenis ſupra ꝓ qualibet libra unum denarium talis monetæ qualis continet̃ in inſtr̃o: & pro ſcriptura dimidium denarium. Pro ſigillo præciſe uſq; ad centum florenos duplum eius quod recipit̃ pro ſigillo inſtrumēti ſupradicti: & a centū ſupra pro libra obolū: & ꝓ ſcriptura a decem florenis uſq; ad. xxii. denarios groſſos: a uiginti uſq; ad ſexagintaquatuor denarios groſſos. a ſexaginta uſq; ad centum ſex denarios groſſos: & a centū ſupra ꝓ qualibet libra quartam ꝑtem unius denarii groſſi. Pro ſigillo litteræ ꝑ quā ultimus emptor rerꝫ ſubſtantiarū ad cām iudicati mittitur in poſſeſſionem earūdem. iii. denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura eiuſdem unum denarium groſſum. Pro ſigillo litterarꝫ executoriarꝫ lr̃arum requiſitoriarꝫ in iuris ſubſidium tres denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura eiuſdem unum denarium groſſum. Pro

HAVKOBA BIBLIOTEKA OHY imeni V.I. LENINA VIKOBA

ſigillo ſententiarꝝ diffinitiuarū ſup poſſeſſorio unū florenū: & ꝓ ſcriptura ſi cōtineat dimi/
diam pellem mutonis ſex denarios groſſos. Supra uero & infra pro rata. Pro ſigillo lr̃arum
executoriarū ſententiarꝝ diffinitiuarum duos denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura unum dena/
rium groſſum. Pro ſigillo lr̃arum delegationum ad unā cauſam alteri q̄ iudici ordinario fa/
ctarꝝ ſex denarios groſſos: & pro ſcriptura duos denarios groſſos. Pro ſigillo lr̃arū cōceſſio/
nis uel reuocationis marchæ unum florenum: & ꝓ ſcriptura ſex denarios groſſos. Pro ſigil/
lo lr̃arum reuocationis ſeu adnullationis alicuius capituli ſtatuti uel franchiſiæ alicui cōmu
nitati conceſſæ unū florenū: & ꝓ ſcriptura ſex denarios groſſos. Pro ſigillo lr̃arꝝ mandati re/
ſcribendi cauſam detentionis alicuius: ut ipſa reſcriptione uiſa poſſit debite ꝓuideri duos de
narios groſſos: & ꝓ ſcriptura unum denarium groſſum. Pro ſigillo lr̃arꝝ iniunctionis factæ
confeſſis ſe debere alteri aliquam quātitatem ante litem conteſtatā medietatē eius quod reci/
pit̃ de diffinitiua. & ꝓ ſcriptura ſimiliter medietatem eius quod recipit̃ ꝓ ſcriptura diffiniti/
uæ. Pro ſigillo lr̃arꝝ mandati tolli ſaiſinam appoſitam circa iudicialem cognitionē duos dena
rios groſſos: & ꝓ ſcriptura unum denarium groſſum: pro ſigillo & ſcriptura litterarꝝ factarꝝ
in fauorē domini nihil. pro ſigillo lr̃arum ordinationis q̄ non debeat fieri remiſſio audientiæ
& terminationis alicuius cauſæ ad alium iudicem. ii. denarios groſſos. & ꝓ ſcriptura unum
denarium groſſum. pro ſigillo lr̃arum ꝑ quas mandat̃ fieri cultiuatio aliquarum rerum ſub
manu domini duos denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura unum denariū groſſum. pro ſigillo lr̃a/
rum abſolutionis ab inquiſitione facta in aſſiſus ſiue defenſionibus tres denarios groſſos: &
pro ſcriptura unū denarium ſeu obolum groſſum. Si uero fiat cum proceſſu & defenſioni/
bus ꝓ ſigillo ſex denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura duos denarios groſſos. pro ſigillo lr̃arum cō
demnationis factæ ſup inquiſitione a decē florenis infra duos denarios groſſos: & pro ſcri/
ptura unum denarium groſſum cum obolo groſſo. A decem uero florenis ſupra uſq; ad ui/
ginti ꝓ ſigillo quatuor denarios groſſos: & a uiginti florenis ſupra ſex denarios groſſos: &
ꝓ ſcriptura tertiam ꝑtem eius quod recipit̃ ꝓ ſigillo. pro ſigillo lr̃arum ſimplicis iuſtitiæ de q/
bus ſupra uel infra non fit ſpecialis mentio duos denarios groſſos. Et ſi fuerit modica cā uel
pauperis: tunc moderet̃ emolumētum ſigilli arbitrio ſigillantis: & ꝓ ſcriptura unum dena/
rium groſſum uel minus in modica cauſa uel paupis. pro ſigillo lr̃arum continentium q̄ ni/
hil noui fiat duos denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura unum denarium groſſum. pro ſigillo lr̃arꝝ
quibus quis mandat̃ manuteneri in poſſeſſiōe duos denarios groſſos & ꝓ ſcriptura unū de/
narium groſſum. ꝓ ſigillo lr̃arum primi decreti ſex denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura tres de/
narios. ꝓ ſigillo lr̃arum ſecundi decreti unū florenum & ꝓ ſcriptura quatuor denarios groſ/
ſos. ꝓ ſigillo lr̃arum taxatiōis expenſarum a decē florenis infra unum denarium groſſum.
A decē uſq; ad uiginti tres denarios groſſos. A uiginti uero florenis ſupra ſex denarios groſ
ſos: & ꝓ ſcriptura uſq; ad decem florenos unum denarium groſſum & obolū groſſum. & a
uiginti florenis ſupra duos denarios groſſos. ꝓ ſigillo lr̃arum quibus mandat̃ quis mitti in
poſſeſſiōem beneficio legis edicto per diffinitiuam ſententiam obtētarum ſex denarios groſ
ſos: & ꝓ ſcriptura. iiii. denarios groſſos. pro ſigillo lr̃arꝝ quibus quis mandat̃ mitti in poſſeſ/
ſiōem niſi appareat cōtradictor unum denarium groſſum: & ꝓ ſcriptura tantūdem. pro ſi/
gillo lr̃arꝝ quibus quis mandatur manuteneri in poſſeſſiōe ſua rerꝝ quas poſſidet duos dena
rios groſſos: & ꝓ ſcriptura unum denarium groſſum. ꝓ ſigillo lr̃arꝝ quibus bōa alicuius mā
dant̃ poni ad manum dñi ad inſtantiam ꝑtis duos denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura tantūdē.
pro ſigillo lr̃arꝝ quibus admittit̃ appellatō & datur inhibitio: & ſi plures fuerint appellantes

tres ſolidos uienenſes: & ꝓ ſcriptura duos ſolidos uienenſes. Pro ſigillo lr̃arꝝ dimiſſoriarum
ſeu apoſtolorꝝ datarum appellantibus ꝑ iudices ordinarios ſi dictæ litteræ ſint ſeparatæ a ſen
tentiis tres denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura unum denarium & obolum groſſum. Si uero di
ctæ litteræ dimiſſoriæ ſeu apoſtoli dent̃ in ſcriptis cum ſententiis nihil recipiat̃ pro ſigillo uel
ſcriptura qa fit ſatiſfactio in expeditōe ſententiarꝝ. Pro ſigillo lr̃arum ſententiæ ꝓnunciatiōis
deciſiōis peremptæ inſtātiæ primæ ſecūdæ uel tertiæ ſex denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura qua
tuor denarios groſſos. Pro ſigillo lr̃arꝝ quibus ꝓnunciat̃ ſolutōem eſſe fiendam de petitis ad
cauſam rei iudicatæ nō obſtantibus oppoſitis ex aduerſo. iii. denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura
unum denarium groſſum & obolum. Pro ſigillo lr̃arꝝ licentiæ uendēdi pignora ꝑ debitorem
de creditore ſpōte tradita tres denarios groſſos: & ꝓ ſcriptuta unum denariū & obolū groſ/
ſum. Pro ſigillo litterarꝝ tranſumpti ſeu uidimus ſex denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura ſi conti/
neat dimidiā pellē pgameni ſex denarios groſſos: & ſi magis uel minus cōtineat recipiatur ꝓ
rata dictæ taxæ. Pro ſigillo lr̃arum coadiutorie generalis cōceſſæ alicui notario ad faciēdum
groſſari iſtrumēta ſua ꝑ alium quēcūq; duos flore. & ꝓ ſcriptura ſex denarios groſſos. Pro
ſigillo litterarꝝ coadiutoriæ limitatæ ad unū uel duos tantum coadiutores unum florenum:
& ꝓ ſcriptura quatuor denarios groſſos. Pro ſigillo litterarꝝ decreti iudicis interpoſiti in cri/
dis ſubaſtatōibus & uenditōibus bonorꝝ alicuius in foro publico ꝓ qualibet libra uien. p̄cii
talium bonorum ſic uenditorꝝ quarto unius denarii groſſi & ꝓ ſcriptura dimidium quartum
unius denarii groſſi. Caſtellani uero ꝓ executōe talium cōtractuum nihil recipiant. Pro ſi/
gillo litterarꝝ cōfectarꝝ ſub ſigillatu iudicaturæ ꝓ his uidelicet ꝓ quibus declarat̃ ſententia pe
cuniaria uel quantitas bladi: uini uel alicuius denariatæ mercantiæ uel rei mobilis quæ in nu
mero: pōdere uel menſura cōſiſtunt. Si cōtractus ꝑpetuus recipiat̃ ad rōnem ꝓ qualibet li/
bra uianenſium unius denarii fortis. Et ꝓ aliis cōtractibus qui nō ſunt perpetui unius dena
rii uienen. Pro ſigillo cōtractuum donationum omnium bonorum & aliorum contractuum
in quibus nullum deſignat̃ p̄cium ſumma uel quantitas tres denarios tres ꝑtes quarti groſſi.
Pro ſigillo litteræ laudimiorꝝ factorꝝ ꝑ caſtellanos: recipiant ipſi caſtellani unū denariū groſ/
ſum. Pro ſigillo litterarꝝ remiſſionū: quæ fiēt ꝑ decem ſolidos ſex denarios talis monetæ qua
lis erit remiſſio: & ſolidi qui remittent̃ ꝓ uiginti ſolidis unū ſolidum. A uiginti ſolidis ſupra
uſq; ad centum ſolidos quatuor denarios ꝓ libra. Et a centum ſolidis ſupra quatuor denari/
os ꝓ libra talis monetæ qualis fuerit remiſſio. Et ꝓ ſcriptura tertiam ꝑtem emolumenti ſigil
li. pro ſigillo ſcripturarꝝ litterarꝝ cōpoſitionum fiendarꝝ coram nobis ſeu cōſiliis nr̃is nobiſcū
& chamberiaci reſidentibus ad certas pecuniæ quantitates recipiat̃ ꝓut ſupra dictum eſt. ꝓ
ſigillo donatōis pecuniæ ꝑ nos fiendæ cauſa ſeruiciorꝝ nobis impenſorꝝ & cōſimilium nihil re
cipiat̃. Et pro ſcriptura a centum flo. infra ſoluant̃ ſex denarii groſſi: & a cētum florenis ſu/
pra duodecim denarii groſſi. pro ſigillo actuum publicationum teſtamentorꝝ miſſionum in
poſſeſſiōem bonorꝝ teſtatorꝝ hr̃dibus ſcriptis in teſtamēto & decretis iudicialibus ī actis hu/
iuſmodi interpoſitōe a baroe uel banereto ſex florenos: & ꝓ ſcriptura talium actuum inclu
ſo regiſtro duos florenos: a nobili ciue uel burgenſi maiorꝝ facultatum ꝓ ſigillo quatuor flo
renos: & ꝓ ſcriptura incluſo regiſtro decemocto denarios groſſos. A mediis facultatibus ꝓ
ſigillo duos florenos: & ꝓ ſcriptura incluſo regiſtro unum florenum. a minoribus facultati
bus ꝓ ſigillo unum florenum: & ꝓ ſcriptura incluſo regiſtro octo denarios groſſos. ꝓ ſigil/
lo clauſularꝝ extractarꝝ a teſtamentis decedētium ꝑ iudicem a maioribus unum florenum:
& ꝓ ſcriptura ſex denarios groſſos: a mediocribus ꝓ ſigillo ſex denarios groſſos: & pro ſcri/

taxa ſigilli cōtract̄ donationū omnium bonorꝝ et aliorū contractuum in quibus nulla quantitas deſignatur 3 dnār. et ſ. pars quarti groſſi

taxa ſigilli

HAVOBA BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA

ptura tres denarios grossos. Pro sigillo clausulaꝝ minoris ualoris tres denarios grossos: & ꝑ scriptura unum denarium grossum. Pro sigillo lrāꝝ actuum missionū in possessiōem bonorum decedentium ab intestato in aliqua iudicatura fiendum per iudicem uenientibus ad ipsam successionem talium sic decedentium & interpositiōe decreti dicti iudicis in actibus talibus interponendi a barone uel bānereto sex florenos: & ꝑ scriptura decemocto denarios grossos. A nobili cíue uel burgensi maiorum facultatum ꝑ sigillo quatuor florenos: & ꝑ scriptura unum florenum. A mediocribus pro sigillo duos florenos: & pro scriptura sex denarios grossos: & a minoribus facultatibus pro sigillo unum florenum: & ꝑ scriptura quatuor denarios grossos.

¶ Taxa sigillorꝝ & scripturarꝝ in criminalibus. 6

PRo sigillo litteræ qua mandat ꝓ absens inculpatus de crimine audiat recepta cautōe idonea & non detineat octo florenos: & ꝑ scriptura duos florenos. De aliis uero recipiat medietas tam ꝑ sigillo q̄ ꝑ scriptura. Pro sigillo mandati de relaxando detētum a barone uel bānereto duos florenos. a nobili uel burgensi sex denarios grossos: ab aliis minoribus tres denarios grossos. Et ꝑ scriptura a barōe uel bānereto sex denarios grossos. A nobili uel burgense tres denarios grossos. & a minoribus duos denarios grossos. Pro sigillo lrāe qua mandat aliqs capi uel detineri ad instātiam ptis duos denarios grossos: & ꝑ scriptura unum denarium grossum. Pro sigillo litteræ qua mandat dari copia ꝓcessus inquisitoālis inquisito ꝑ defensiōibus suis faciendis tres denarios grossos: & ꝑ scriptura duos denarios grossos. ꝑ sigillo litteræ qua mandat canzellari inquisitio si ipsa littera fiat sepatim a sententia uel cōpositōe a barone uel bānereto duos florenos: a nobili uel burgense unum florenum. Ab aliis uero minoribus sex denarios grossos: & ꝑ scriptura prædictorꝝ a barone uel bannereto quatuor denarios grossos: a nobili uel burgense tres denarios grossos: ab aliis uero inferioribus duos denarios grossos. Pro canzellatōe pœnæ uel mulctæ cōdemnatæ uel declaratæ de libro mulctarum consilii uel alterius curiæ nostræ: & ꝑ ꝓsecutione ipsius pœnæ uel mulctæ canzellandæ non recipiat ultra unum denarium grossum. Pro sigillo litteræ qua mandatur inquiri cōtra aliquem ad postulatiōem partis duos denarios grossos: & pro scriptura unum denarium grossum.

¶ Taxa sigillorum & scripturarum litterarꝝ gratiarum & remissionum ꝑ dominū factarum. 7

PRo sigillo litteræ remissionis mortis hominis gratis factæ centum florenos a barone uel bānereto. Si uero fiat dicta remissio mediāte cōpositiōe pecuniaria a barone uel bānereto uigintiquinq; florenos. Pro sigillo litteræ similis remissiōis gratis factæ nobili uel burgensi: quinquaginta florenos. Si uero mediāte pecunia decem florenos. Et ꝑ scriptura talium remissionum quocūq; modo fiat quinq; florenos. Pro sigillo litteræ talis remissionis gratis factæ aliis minoribus decem florenos. Si uero mediante pecunia quinq; florenos: & ꝑ scriptura si fiat gratis remissio tres florenos: si uero cum pecunia duos florenos. Pro sigillo litteræ ꝑ quam remittit pœna mutilatōis membri sine morte si fiat gratis baroni uel bānereto quinquaginta florenos: & ꝑ scriptura octo florenos. pro sigillo litteræ similis remissionis factæ cum pecunia baroni uel bānereto decem florenos: & ꝑ scriptura tres florenos: ꝑ sigillo litteræ talis aut similis remissiōis gratis factæ a nobili uel burgense uigintiquinq; florenos: & si fiat cum pecunia quinq; florenos. Et ꝑ scriptura dictæ litteræ remissionis gratis factæ qnq; florenos. Si uero mediante pecunia duos florenos. pro sigillo litteræ remissiōis

fustigatiōis publice si gratis fiat decem florenos. Si uero cum pecunia quinq; florenos. Et pro scriptura quando fit gratis tres florenos. si uero cum pecunia decēocto denarios grossos. pro sigillo litteræ remissionis relegatiōis seu bānitionis perpetuæ: si fiat gratis baroni uel bānereto sexaginta florenos: A nobili uel buregnse triginta florenos: & ab aliis minoribus sex florenos. Et ꝑ scriptura sextam ptem emolumenti sigilli. pro sigillo litteræ remissionis relegationis seu bānitionis ad tempus pro quolibet anno quo fiet ipsa remissio gratis duos florenos. Si uero mediante pecunia sex denarios grossos: & ꝑ scriptura talium litterarꝝ quartam ptem emolumenti sigilli.

¶ Taxa sigillorum & scripturarum in factis minorum. 8

PRo sigillo litteræ tutelæ baronis uel bānereti sex florenos: & pro scriptura unū florenum. pro sigillo litteræ tutelæ nobilis uel burgensis duos florenos: & ꝑ scriptura octo denarios grossos. Pro sigillo litteræ tutelæ alium minorum octo denarios grossos: Et ꝑ scriptura duos denarios grossos. Pro sigillo littære ad litem tres denarios grossos: & pro scriptura unum denarium grossum. Pro sigillo litteræ curæ adulti ad patrimonium a barōibus bānieretis: nobilibus: burgensibus & aliis minoribus recipiat medietas sigilli litterarum tutelarum ipsorum: & idem seruet ꝑ scripturis. Pro sigillo litteræ curæ ꝓdigi uel furiosi recipiat prout de tutellis. Pro sigillo actoriæ factæ per tutorem uel curatorem si sit separata a tutela uel cura tres denarios grossos: & ꝑ scriptura unum denarium grossum. ¶ Pro scriptura inuentariorum si contineat unam pellem motoninam unum florenum. Si dimidiam pellem sex denarios grossos. & si plus uel minus habeat respectus ad quātitatem pergameni. Pro sigillo litteræ additionis hereditatis cum beneficio inuentarii duos denarios grossos: & ꝑ scriptura unum denarium grossum. Pro scriptura inuentarii quod fit in iudicio quando addit hereditas cum beneficio inuentarii a barone uel bānereto tres florenos. a nobili uel burgense duos florenos. & ab aliis minoribus unum florenum: & ꝑ scriptura præmissorū medietatem emolumenti sigilli. Pro sigillo litteræ decreti quod interponit alienationi rerꝝ minorū recipiatur prout de sententiis pecunialibus est statutum: & pro scriptura medietatem emolumenti sigilli. alia medietas huius quod in scriptura sententiæ pecuniariæ scriptum est. Pro sigillo litteræ quitationis administratōis tutelæ uel curæ a barone uel bānereto: decemocto denarios grossos: & ꝑ scriptura unum florenum. a nobili uel burgense ꝑ sigillo unum florenum: & ꝑ scriptura sex denarios grossos. ab aliis minoribus ꝑ sigillo sex denarios grossos. & ꝑ scriptura tres denarios grossos.

¶ Taxa sigillorum & scripturarum legitimationum. 9

PRo sigillo litterarum legitimationum spuriorum: bastardorum seu naturalium baronum seu baneretorum si fiat gratis quinquaginta florenos: a nobili burgense uigintiquinq; florenos. & a minore decem florenos. & ꝑ scriptura a barone uel bānereto sex florenos. A nobili uel burgense tres florenos. & a minore decēocto denarios grossos. Si fuerit natus a prælato uel priore conuentuali quinquaginta florenos. Si ab alio ecclesiastico beneficiato: uigintiquinq; florenos. Et si non sit beneficiatus: decem florenos. Pro scriptura uero recipiat ꝓut de aliis legitimatis prædictis secundum gradus suos. Si uero legitimatio fiat mediante pecunia tam ꝑ sigillo q̄ ꝑ scriptura: recipiat medietas quātitatum præmissarū iuxta gradus ꝓsonarum.

HAYDOPBIEIOTEKA OHY IMENI V. I. ŠELUMKOBA

¶ Taxa ſigillorum & ſcripturarum: litterarum: emancipationum. 10

PRo ſigillo litterarꝝ emancipationum a barone uel bãnereto decem florenos. A nobili uel burgenſe quinq; florenos. Et a minoribus tres florenos. ¶ Pro ſcriptura uero lr̃arum præmiſſorum a barone uel bãnereto duos florenos. A nobili uel burgenſe: decẽ octo denarios groſſos. & a minoribus nouem denarios groſſos. Idem ſeruet̃ ꝓ ſigillis & ſcripturis lr̃arum adoptionum & arrogationũ.

¶ Taxa ſigillorꝝ: & ſcripturarꝝ infeudationum inueſtiturarꝝ: albergamẽtorꝝ: donationum & aliarꝝ alienationum factarꝝ ꝓ dominum 11

PRo ſigillo litterarꝝ infeudationum factarum mediante pecunia: recipiat̃ prout ſupra ſtatutum eſt de remiſſione delictorum facta mediante pecunia: & ꝓ ſcriptura ut ibidem. Si uero gratis fiat infeudatio ſine pecunia duplum recipiatur tam pro ſigillo q̃ pro ſcriptura. Pro ſigillo inueſtituræ laudimii ꝓ nos facti ſup alienatione rerum de noſtro feudo mouentium: ſi laudes & uenduæ aſcendant ad uiginti florenos: & infra recipiãtur ſex denarii groſſi: & pro ſcriptura duo denarii groſſi. Si uero aſcendant a uiginti florenis uſq; ad quinquaginta: recipiant̃ ꝓ ſigillo nouem denarii groſſi. Et ſi aſcendant ultra quinquaginta florenos: uigintiduo denarii groſſi talis monetæ quales erunt ſolidi: & ꝓ ſcriptura recipiantur prout ſupra ꝓ rata emoluměti ſigilli. Nihil autem imutamus detrahedo uel augẽdo in exactione ſigillorꝝ noſtrorꝝ feudalium faucigniacii gebeñ. & aliorum locorꝝ in quibus habemus ſigilliferos laudimii & uenduarum: ſed cõſuetudinem ipſorꝝ locorum ſeruari uolumus: & iubemus. Pro ſigillo litteræ inueſtituræ quæ fit ratione mortis domini uel tenementarii recipiatur a barone uel bãnereto incluſa receptione homagii duos florenos: & pro ſcriptura ſex denarios groſſos: a nobili burgenſe: & aliis feuda noſtra tenentibus ꝓ ſigillo unum florenum: & ꝓ ſcriptura ſex denarios groſſos. Pro ſigillo litteræ remiſſionis commiſſionis: & excheytæ rei feudalis uel emphiteoticæ quando commiſſio erit recepta ꝓ ſententias recipiat̃ ꝓut ſupra in remiſſionibus pecunialibus & ꝓ ſcriptura ut ibidem. Pro ſigillo ꝓrogationum ſeu ſufferta homagii ab habentibus imperium uel iuriſdictionem unum florenum: & pro ſcriptura tres denarios groſſos: ab aliis non habentibus impium uel iuriſdictionem ſex denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura duos denarios groſſos. Pro ſigillo litteræ continentis arreſtum cõputi ſex denarios groſſos. Pro ſigillo litteræ cõtinentis ſuffertam ꝓrogationẽ quãtitatis cõdemnatæ uel cõcordatæ ſi fiat ad tẽpus limitatũ ſex denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura duos dẽarios groſſos: Et ſi fiat ſine limitatõe tẽporis uel uſq; ad beneplacitũ nr̃m de uiginti ſolidis tres denarios groſſos. Pro libra & ab inde ſupra: ꝓ qualibet libra tertiam ꝑtem unius denarii talis monetæ qualis erit illa quæ ponet̃ in ſufferta: & ꝓ ſcriptura a uiginti libris & ĩfra duos denarios groſſos: & a uiginti libris ſupra quatuor denarios groſſos. Pro ſigillo lr̃arum limitatõis territorii quando eſt queſtio de ipſis limitibus ſine noua cõceſſione limitũ duos florenos: & ꝓ ſcriptura duos denarios groſſos. Pro ſigillo lr̃arum quibus aliquis recipit in familiarẽ noſtrũ factarꝝ in fauorẽ impetrantis: nec erit ſeruitor noſter unum florenum: & ꝓ ſcriptura ſex denarios groſſos. Pro ſigillo & ſcriptura ſaluicõductus & paſſus ꝓ facto noſtro nihil recipiat̃: Si uero dent̃ ꝓ facto alieno: & nõ tranſgredet̃ ſpacium unius ãni unum florenũ: & ſi detur minori ꝑcio: ſex denarios groſſos: & ꝓ ſcriptura quatuor denarios groſſos.

¶ Taxa regiſtrorum. 12

CLerici: ſeruitores: canzellarii: & theſaurarii noſtri recipiant pro regiſtro litteræ continentis compoſitionem quinquagĩta florenorum & infra unum denarium groſſum: & a quinquaginta florenis ſupra quantecunq; fuerit quantitas duos denarios groſſos.

¶ Taxa copiarum & canzellaturarum. 13

QVando caſus occurret in quibuſcunq; curiis noſtris exigendi pecunias ab inquiſitis ꝓ ſcribas ſeu notarios curiarum: bayliuorum: & caſtellanorum noſtrorum: alios quoſcunq; commiſſarios noſtros ad inquirendum ſuper criminibus deputatos pro canzellatura proceſſuum inquiſitionalium per eos confectorum iuxta determinationem ſtatuti noſtri ſcilicet in libro ſecundo in titulo de ſcribis ſeu notariis curiarum: bayliuorum & caſtellanorum deſcripti: Incipientis exactionibus uidelicet in capitulo. cxxxv. cuius formam irrefragabiliter ſeruari uolumus: exigi tantummodo iubemus per canzellantem pro ipſa canzellatura cuiuſlibet proceſſus: pro qua pecunia ex tenore dicti ſtatuti recipi conceditur: uidelicet pro primo folio duodecim denarios fortes: pro ſecũdo ſex denarios fortes: & pro quolibet alio folio ipſius proceſſus canzellati duos denarios fortes. Si quis autem pro huiuſmodi canzellaturis ultra taxam noſtram præſentem quicquam exigere & recipere præſumpſerit: acceptũ ultra ipſam taxam exacto reſtituat: & quadruplum pro pœna inde committẽda fiſco noſtro perſoluat. Pro copiis autem litterarum inſtrumentorum: libellorum: poſitionum: articulorꝝ: de poſitionum teſtium: & aliorum actorꝝ iudicialium per ſcribas ſeu notarios cauſarum in quibus per iudicantes ipſæ copiæ tradi decernuntur partibus exigi & recipi permittimus: & taxam ipſarum copiarũ moderamus: uidelicet pro ſingulo folio papiri continente in qualibet pagina ſua uigitiquattuor lineas: & qualibet linea continente octo dictiones ſeu uocabula unum denariũ groſſum. Et ſi huiuſmodi copiæ fiant in curiibus ad eandem rationem linearum & uocabulorꝝ pro ipſis recipiat̃ & nõ ultra. Idem ſeruari iubemus de regiſtris ſeu ꝓthocollis ſententiarum & aliarum ſcripturarꝝ iudicialium: actuum priuatorũq;: & quas ſcribæ cauſarum in ſuis prothocollis regiſtrata ſeu regiſtratas retinebunt.

¶ Taxa ſigillorum & ſcripturarum litterarum iudeorum. 14

PRo ſigillis & ſcripturis litterarum in curiis noſtris pro iudeis confectarum cuiuſcunq; fuerint effectus ſeu tenoris ab ipſis iudeis recipiatur duplum taxarum ſupra factarꝝ: ſcilicet pro primo folio duodecim denarios fortes: pro ſecũdo ſex denarios fortes. ꝓ omnibus aliis duos denarios fortes. Exceptis litteris & actis iudicialibus in quibus taxa communis eis obſeruetur.

¶ De poteſtate moderandi taxas predictas & alias expenſas. 15

QVoniam impoſſibile eſt de omnibus caſibus litterarum & ſcripturarum in curiis noſtris occurrentium & expediendarꝝ ſingulariter cogitare ad taxandũ & de iam taxatis

HAVIOPA BIBLIOTEKA OHY imeni I. I. MECHNIKOVA

durum esset in omnibus erga omnes presertim pauperes taxationes prætmissas suprascripto modo seruare hoc edicto cancellario nostro in camera nostra: nostri nobiscum residentis cõsilii: præsidentiq; consilii nostri chamberiaci residentis in curia nostra ipsius consilii necnon cuilibet iudicum nostrorum ordinariorum & delegatorum in curiis suarum iudicaturarum taxationes sigillorum & scripturarum per nos supra factas relinquimus moderandas: mitigandas & minuendas: ubi minus debite taxatæ eis apparebunt pro casuum: causarum: negociorum & personarum negociantium qualitate: ac in casibus non taxatis taxationes debitas faciendas prout secundum deum & iusticiam uiderint expedire. Super quibus omnibus eorum conscientias oneramus: De & super quibus quidem moderationibus & arbitrationibus huiusmodi taxarum sigillorum credi uolumus relationi receptorum emolumentorum ipsorum sigillorum eorum iuramento mediante.

¶De salariis aduocatorum: procuratorum & notariorum.

DIfficillimum arbitrãtes ut aduocatorum: procuratorum & notariorum publicorum pro singulis artium suarum operibus fieri ualeat certa & determinata salariorum taxatio: tum quia aduocati interdum pro breui scriptura: presertim in iuris allegatiõibus pretenso temporis tractu uolumina plura reuoluunt. Et insuper tam ipsos q̃ procuratores & notarios pro suis officiis exequendis extra domiciliorum suorum loca frequenter contingit discurrere: his moti considerationibus & aliis per sapientissimũ speculatorem in hoc titulo notatis: Statuimus hoc edicto: q̃ quilibet aduocatorum: procuratorum & notariorum publicorum patriæ nostræ in exigendo salaria seu mercedes scripturarum & aliaꝝ negociationum suarum in suis prædictis officiis a personis pro quibus eas egerint rationabilem: & debitam modestiam: ac talem æquitatem obseruent & obseruare teneantur prout melius adaptari & fieri poterit taxationibus nostris scripturarum supra factis in his conformando: q̃ inde cõtrouersias seu querelas oriri non contingat. Et non sit opus correctioni suorum excessuum in hac parte per eorum superiores faciendæ. Quod si forte ipsos aduocatos procuratores & notarios circa præmissorum salariorum suorum exactionem rationis metas contingat excedere: excessus huiusmodi per iudices competentes ad quos inde fuerint delatæ querelæ debite corrigi moderari talesq; improbos exactores puniri uolumus: & mandamus quotiens & qualiter opus erit iustitia mediante.

¶Decretorum dominicalium liber quartus explicit.

DECRETORVM DOMINICALIVM LIBER QVINTVS ET VLTIMVS INCIPIT.

Prologus.

QVamuis iter uirtutes tãta sit connexio ut ĩ morali doctrina cuiusmodi hoc est penitus distingui non ualeãt: attamen ut q̃libet noscere potest circũspectus intuitor quinq; libris huius nostri opis possunt ipsæ uirtutes principales singulariter adaptari: uidelicet triũ uirtutũ theologicaꝝ fidei: spei: & caritatis: liber primus cardinaliũ. s. uirtutis: iustitiæ: & fortitudinis: Secundus prudentiæ: Tertius & quartus temperãtiæ. Præsens liber qntus & nouissimus uestigia ꝓsequat. Quæqdem temperãtiæ uirtus: licet sua qualitate omnium inordinatoꝝ appetituũ refrenationem cõprehendat. Cõsistit tamen ꝓcipaliter ĩ reprẽsione supflui uictus & uestitus euãgelica doctrina demõstrãte ĩ narratiõe status diuitis epulonis de quo dicit induebat purpura & bisso: & epulabat quottidie splẽdide. Ex q̃bus instruimur uictus & uestitus seruare moderamen: Huius igit doctrinæ sanctissimæ fundamẽtis inherentes ad laudẽ & honorẽ: obedientiã & captatiõem gratiæ cõditoris publicũq; aiaꝝ & corpoꝝ ac bonoꝝ subditoꝝ nr̃oꝝ ꝓfectũ: hæc statuta pompaꝝ & supfluitatum uestimentoꝝ ornatuum: & cõmensationũ restrictiua duximus salubriter edicẽda a culmine nr̃i status inchoãdo: & ꝑ singulos gradus ꝑsonaꝝ ordinate statum cuiuslibet regulãdo: ut quisq; dicat seipsum cognoscere: supioribus reuerti: inferioribus cõdescendere: & oẽs in ꝓpriis suaꝝ facultatum terminis debitã humilitatem seruare.

¶De statu domini & suæ domus inclitæ. Rx ca. pa.

STatuimus hoc edicto: q̃ nos & nostri ĩ nr̃a ducali dignitate successores: & heredes postq̃ ad successionem ipsam puenerint: & nõ ante ad honorificatõem: & representatõem ipsius dignitatis saltẽ semel ĩ quolibet anno ĩ altero precipuoꝝ festoꝝ ipsius anni ꝓut de nr̃o uel ipsorũ successoꝝ nr̃oꝝ beneplacito ꝓcesserit: necnõ in exequendo actus ducales solẽnes habitum: & habiliamenta ducalia deferre debeamus & debeant. Aliis uero temporibus: & diebus iuxta nostræ ꝑdictæ dignitatis decentiã: honesta uestimẽta ꝑ terram nõ trahẽda: nec nimis decurtata: nullaq; superflua uel ĩmoderata sumptuositate seu minus decenti preciositate: aut alias inepta cõpositiõe notanda. In iocalibus etiã: & aliis personalibus ornamẽtis deferẽdis talem modestiã seruari & ex his de ꝓdigalitate põpa uel excessu seu nimia uilitate status noster ratiõabiliter culpari nõ ualeat: ducis & domus nostræ uestes trahendas ꝑ terrã nisi dũtaxat unius palmitis extẽsæ collectosq; reuersos ĩ ipsis uestibus ultra largitudinẽ triũ digitoꝝ in ipsoꝝ quoq; capitibus ornamenta cornuta uel etiam nimis rotonda elleuata aut alias difformia nõ deferant: Sed potius tam circa uestes q̃ iocalia: aut alia ꝑsonalia habiliamenta talem sobrietatẽ obseruabũt: & ꝑ eos obseruari uolumus: q̃ de supfluitate uel indigentia quãtitatis uel qualitatis eoꝝ notari nõ ualeant: Liberi masculi domus nostræ si fuerint milites ĩ eoꝝ uestimentis & habiliamentis seruabũt: & ꝑ eos seruari iubemus debitam honestatem eorũ dignitatibus titulis: & gradibus cõgruentem se conformare paternoꝝ uestimentorum modestiæ quo ad longitudinem & breuitatem nullo tamen modo seu tempore in uita paterna habitu ducali solẽni uel

HAVNOBAN BIBLIOTEKA OHY IMUNI MESTA MIKOBA

ſibi coherenti utentur: Nec poſt obitum paternum: niſi ſolus ſucceſſor in nr̃a ducali dignita te. Si uero fuerint ſcutiferi ī ſuis ueſtimētis: & habiliamentis iuxta gradus: & titulos eorūdē decēter ſobrietatē obſeruabunt in lōgitudine uel breuitate ipſoꝝ ueſtimentoꝝ mēſurā ſupra dictā nō excedēdo: uellutis ī ueſtimētis ſuis nō utent̃ niſi ī armis. Et tūc cū ſigniis argēteis. aut aliis patenter differētibus ab ordīe militari. nec peliciis herminaꝝ lecticiaꝝ: griſoꝝ uayroꝝ: tercellinoꝝ ſeu taffatanoꝝ eoꝝ fodraturis nec auro. nec auratura extrīſecus uel itrīſecus exceptis monilibus & anulis. Filiæ uero: & uxores filioꝝ nr̃æ domus ſupradictæ in eaꝝ ueſtimētis: & habiliamētis nō excedāt ſtatū ducīſaꝝ. ſed cū honeſta modificatiōe iuxta gradus: & titulos earūdē ſtatui dictarū ducīſarū ſe cōformabunt omni pōpoſa ſupfluitate ceſſante.

¶De ſtatu baronum. 2

BArones milites patriæ noſtræ in ſuis ueſtimentis: & habiliamentis nō excedāt modeſtiā ueſtimētorum prædictorum noſtrorum nō deferant pānos auro textos: nec herminas uel leticias: & in eorū collaribus cathenis: ſcrupulis: bordaturis: aut aliis habiliamentis ſuis nō deferant aliquas gēmas: niſi dūtaxat margaritas ſeu perlas: excepto in monilibus & anulis. Vxores eorū nō deferāt ueſtes excedentes modū ueſtimentorū ducīſarum: ſed cū inferioritate debita illis ſe cōformabunt iuxta gradus eorūdem. Nec utent̃ pānis auro textis: herminis martiris in eorū ueſtimentis: nec gemmis in earum collaribus: cathenis: ſcarpulis bordaturis & aliis habiliamentis ſuis: niſi margaritis. excepto in monilibus & anulis. nec deferāt ſimul & ſemel monilia ultra duo. barones ſcutiferi in ſuis ueſtimentis modū ueſtimētorum baronū militū nō excedāt: nec utent̃ in eiſdem uellutis pānis textis argento: herminis. lecticiis. griſiis. uayris tercenellis uel taffatanis. in eorum quorum ornamentis nō deferāt aurum uel auraturā extrinſecus. niſi in anulis: & monilibus iocalibus etiā cathenis: ſcarpulis: bordaturis: & aliis ſuis habiliamentis extra monilia: & anulos non utent̃ gemmis margaritis: Vxores eoꝝ in ſuis habiliamentis: ueſtimentis: & ornamentis ſtatui uxorum baronū militum inhibitis: & præmiſſis ſe conformabunt iuxta gradus ſuos: nō deferent uellutos: auro brocatos: nec etiam lecticias. Filiæ innuptæ dictoꝝ baronum militum: & ſcutiferoꝝ ī ſuis ueſtimentis: & habiliamētis ſtatui uxoꝝ baronum ſcutiferoꝝ cum debita temperātia iuxta gradus ſuos ſe conformabunt: nec tamen deferāt pannos aureos uel uelluteos.

¶De ſtatu bāneretorum. 3

BAnnereti milites patriæ noſtræ in ſuis ueſtimentis: & habiliamētis ſtatum baronum militum non excedant: nec deferant pannos auro textos uel brocatos ſup uelluto alto uel baſſo: nec herminas lecticias: & martiras ſibilinas: in ſuis ornamentis auro non utent̃ niſi in monilibus: & anulis cathenulis uſq; ad pondus unius marchæ: colaribus ad idē pondus iocalibus ordinum principum: & auraturis non deferant in ſuis bordaturis: & aliis habiliamentis: gēmas: & margaritas excepto in monilibus & anulis. Vxores eoꝝ in ſuis habitibus nō excedant ſtatū baroniſſarū: nec deferāt pannos auro textos uel brocatos ſup uelluto alto uel baſſo: nec herminas uel martiras ī ſuis ornamētis: auro uel gēmis nō utent̃ niſi ī monilibus & anulis: uel ī collari uſq; ad pōdus unius marchæ: nō in corrigia uſq; ad idē pōdus unius marchæ: necnō in aureatura margaritis uti poterunt in capellis: & bordaturis bannereti ſcutiferi ſtatum banneretorum militum nō excedāt: nec deferant uellutos: nec pannos argento textos: nec herminas lecticias martiras ſibilinas: griſos: uayros: tercellinos: ſeu taffatanos: nec aurum uel gēmas niſi in monilibus & anulis: Et uxores eoꝝ nō excedāt ſtatum banneretorum militum: nec deferant pannos textos auro uel argento: uellutos: herminas:

lectitias: martiras: nec aurum niſi in auratura bordaturis monilibus: & anulis: nec gemmas uel margaritas niſi ī monilibus: & anulis. Ita tamen q̄ ſimul nō deferant monilia ultra duo. Filiæ innuptæ banneretorum ſeu militum ſiue ſcutiferoꝝ in ſuis ueſtimentis: & ornamentis ſtatus matrum ſuaꝝ non excedant: nec deferant pannos aureos: argenteos: uel uellutos.

¶De ſtatu ualuaſorum militum. 4

VAluaſores milites in ſuis habiliamentis nō excedāt ſtatum banneretoꝝ militum: nec deferant uellutos: brochatos auro: herminas lecticias: martiras ſibilinas: nec aurum niſi in monilibus & anulis: uel in ordine principū ſibi dato & ī auratura: nec auri fabricam in ueſtimentis excedentem: pondus ſex marchaꝝ: nec in cathenis nec ſcarpulis niſi ad dictū pondus ſex marchaꝝ: nec gemmas uel margaritas: niſi ī monilibus: & anulis. Vxores eoꝝ in earum ueſtimentis: & habiliamētis nō excedant ſtatum uxoꝝ banneretoꝝ militum: nec deferant pannos aureos ſup uelluto. nec herminas lecticias uel martiras: nec gemmas: nec margaritas: nec aurum: niſi in bordaturis auraturis monilibus & anulis: nec argentum in colaribus uel cathenis ultra pondus trium marchaꝝ: & in corrigiis ultra unam marcham.

¶De ſtatu doctorum militum armis non utentium. 5

DOctores milites armis militaribus non utentes ſed potius iura praticātes in ſuis habitibus ſeruabunt honeſtatem ſuo gradui doctorali conueniētem: ueſtibus nimia longitudine uel breuitate carentibus: & alias non difformibus utendum: nō autem deferāt pannos aureos ſeu aliis coloribus uariis figuratos: nec herminas lecticias ſeu martiras ſibilinas: nec collaria: nec bordaturas: nec aurum niſi in anulis: & auratura eorum ſtatui incombēti. Vxores eorum in ſuis ueſtimentis: & habiliamentis ſtatui uxorum ualuaſorum militum ſine quocunq; exceſſu ſe coformabunt iuxta gradus ſuos.

¶De ſtatu doctoꝝ nobilium. 6

DOctores nobiles non milites ſe cōformādo ſine quocūq; exceſſu ſtatui doctoꝝ militū doctoraliter uiuentiū deferre poterūt pānos damaſcinos uentres martiraꝝ & aurum in anulis: & auraturis ſibi conuenientibus. Vxores eorum deferre poterunt etiam pānos damaſcinos: & aurum in monilibus & anulis: & in auratura collarium & corrigiaꝝ: Ita tamen q̄ collaria nō excedant pondus duarum marcharum: & corrigiæ pondus unius marchæ argenti. In aliis autem habitibus non excedant ſtatum uxorum doctorum militum.

¶De ſtatu ualuaſorum ſcutiferorum. 7

VAluaſores ſcutiferi non excedant in ſuis habitibus ſtatum ualuaſorum militum: nec deferant pannos argenteos: uellutos uel ſcarlatas: nec herminas lecticias dorſa martiratum: uayros: griſios: tarcenellos: aut taffatanos: nec aurum: nec auraturā quocūq; modo exterius uel interius: niſi dūtaxat in monilibus & anulis: nec fabricam argenti in ſuis ueſtimentis excedentem pondus ſex marcharum. In cathenis ultra idem pondus: & ī corrigiis ultra pondus quattuor marchaꝝ argenti. Vxores eoꝝ non excedāt in ſuis ueſtimentis: & habiliamentis ſtatum doctorum nobilium: nec deferāt pānos aureos uel argenteos: uellutos: uel ſcarlatas herminas: lecticias ſeu martiras.

¶De ſtatu doctoꝝ ſimplicium utriuſq; iuris. 8

DOctores ſimplices legum uel canonum non deferant ueſtes nimis longas: nec nimis breues: ſed honeſtas mediocritate compoſitas: nec deferāt pānos aureos: uelluteos: uel quocunq; alios ſericos: niſi dūtaxat: ſatinos: camelotos: hoſtadas: tercellinos & taffatanos: nec herminas lecticias ſeu martiras: nec aurū uel gemmas: niſi in anulis nec auraturam

HAVLOVA BIBLIOTEKA OHY IMCHY I MCHY IVKOBA

nisi in corrigiis & curtellis: Vxores eorꝝ in earum habitibus: & ornamentis nō excedant quo quomodo statum uxorꝝ doctorꝝ nobiliū: nec deferāt pannos uel fodraturas uiris suis ut pferē phibitas: nec aurꝝ uel gemmas nisi i monilibus uel anulis: nec nisi unicum monile una uice: nec auraturam uel aurifabricam: nisi put uxoribus doctorꝝ nobilium supius concessum est.

¶De statu filiarum innuptarum omnium ualuasorum & doctorum militum & nobilinm. 9

Iliæ innuptæ omnium ualuasorum: & doctorum militum: & nobilium nō excedant in suis habitibus status maternos: nec deferant aliquos pannos sericos nec scarlatas; nec aurum: nec auraturam. nisi in monilibus.

¶De statu licentiatorum utriusq; iuris. 10

Icenciati utriusq; iuris nō deferāt pannos sericos: nec scarlatas: nisi camelotos: & hostadas: & uestes nimia lōgitudine uel breuitate: uel alia in compositione difformes: nec aurum: nec auraturam nisi in anulis. Vxores eorꝝ nō excedant in suis habitibus: & ornamentis statum uxorum doctorꝝ simplicium: nec deferant pannos sericos cuiuscunq; speciei: nec scarlatas: nec uestes trahendas per terram ultra lōgitudinem quattuor digitorꝝ: nec herminas lecticias: martiras uel foynas.

¶De statu doctorꝝ & licenciatorum phisicorum. 11

Octores seu magistri: & licentiati phisici in suis habitibus sine quocunq; excessu statui doctorꝝ simplicium: & licenciatorum iuri se cōformabunt: & uxores uxoribus.

¶De statu filiarꝝ innuptarꝝ doctorꝝ simpliciū: & licenciatorꝝ iuris & phisicæ.

Iliæ innuptæ doctorꝝ simplicium: & licentiatorꝝ iuris: & phisicæ in suis habitibus non excedant statum filiarꝝ innuptarꝝ doctorum nobilium: & ualuasorum: sed illis cum debita modestia se conformabunt iuxta gradus suos.

¶De statu præsidentis cameræ computorum. 12

Præsidens cameræ nostræ computorꝝ ī se uxore: & filiabus innuptis eiusdem seruabit in suis habitibus statum suum iuxta gradum: & qualitatem personæ suæ miliciæ doctoratus licentiæ scutiferiæ: aut alterius cuius erit sine alio excessu.

¶De statu thesaurarii generalis. 13

Thesaurarius noster generalis in suis habitibus simili modo seruabit statum suum iuxta gradum & qualitatem personæ suæ. & præsertim non excedat gradum ualuasorū scutiferorum non deferant pannos damiscinos.

¶De statu magistrorum computorum: & secretariorum. 14

Magistri computorꝝ ipsi magisterio seruientes: & secretarii nr̄i nobiscū residentes ī suis habitibus nō excedant statum licēciatorꝝ iuri & phisicæ. nec uestes deferāt partitas intercisas bordatas uel frāgiatas uel breuiores genibus nec lōgiores cauillis pedū: sed alias honeste cōpositas: nec deferāt grisos aut alias fodraturas cariores pellibus foynarꝝ: nisi esset nobiles aut alias pheminētias seu gradus altiores haberēt: qbus eis ī hac parte uolumus esse derogatū. His autē utentē tantūmodo q̄diu nobis seruiēt: uel ad domicilia sua causa seruitutis uel alia necessaria se retrahent. Vxores eorꝝ ac filiæ innuptæ nō excedant ī suis habitibus statum uxorum & filiarū innuptarum licentiatorꝝ prædictorum: sed se illis conformabunt sine quacunq; supfluitate iuxta gradus uiroꝝ suorꝝ. Cæteri uero secretarii nr̄i titulares seruicio nostro nō uacantes: nec residentes eorūq; uxores: & filiæ innuptæ nō excedant ī suis habitibus status suos primeuos in qbus erant anteq̄ ad secretariæ officium assumerentē.

¶De statu ciuium & burgēsium uiuentiū de suis redditibus & maiorꝝ merchatorꝝ habētium factores & trafigantium extra patriā. 15

Iues burgenses de suis redditibus & reuenutis uiuentes & maiores merchatores habentes factores seu negociatores & merchanciam de patria ad pr̄iam trafigantes nō deferant uestes longiores media tibia: nec excedant in suis habitibus statum magistrorꝝ computorum & secretariorum nostrorꝝ nobis seruientium: nec deferant scarlatas: nec quoscunq; pannos sericos: exceptis hostadis: nec fodraturas alciores pellibus foynarum: nec uestes partitas intercisas bordatas uel frangiatas: nisi in librata alicuius domini uel magni nobilis: nec aurum uel gemmas in anulis: nec fabricam argenti: nisi in corrigiis non excedētibus pōdus unius marchæ. Vxores eorum non deferant in earꝝ capitibus ornamenta nimis elleuata: sed bassa & rotonda sicut capellos uel flocardos in quibus poterunt deferre besana alba: nec uestes trahendas per terram ultra duos digitos: nec coletos nimis altos uel reuersos: nec pānos sericos: nec scarlatas: nec herminas lecticias grissios: martiras: uel foynas: nec uestes partitas bordatas & intercisas: nec frangias: nisi in capellis.

¶De statu aliorꝝ minorꝝ ciuium burgēsium merchatorꝝ & notariorꝝ itra uel extra ciuitates uel uillas habitātium ac famulorꝝ cameræ domini. 16

Iues burgenses & merchatores inferiores seu minores prædictis: necnon notarii publici patriæ nostræ ubicunq; morantes: ac famuli seu seruitores cameræ nostræ in suis habitibus non excedant statum maiorꝝ ciuium burgensium & merchatorꝝ prædictorū: nec deferant aliquod genus panni serici: nec hostadas uel scarlatas: nec fodraturas altiores pellibus putetorum: nec uestes partitas: intercisas bordatas uel frangiatas nisi in libratis dominorum uel magnorum nobilium: nec aliquam fabricam argenti nisi in corrigiis usq; ad pondus mediæ marchæ sup corio & non sup texuto. nec aurum uel gemmas aut margaritas nisi in anulis. nec sotulares acutos ad poleynam nec ferratatos nec laqueatos extra tibiam. Et huic statui subesse uolumus & ordinamus famulos cameræ nostræ cui penitus se conformare teneantē. Vxores eorum non excedant statum magnorꝝ ciuium burgensium & merchatorum. nec deferāt uestes quouis modo trahendas p terram. nec colletos nimis altos uel reuersos: nec pānos sericos cuiuscunq; speciei: nec scarlatas: nec fodraturas nisi inferiores scurilis: nec manicas latiores uno palmo extenso nec uestes intercisas bordatas uel partitas aut frangiatas. in earum capitibus ornamentis non deferant aurum. argentum. gemmas. margaritas. nisi in frontelis fili aurei argentei uel sirici albi non deferant etiam aurum auraturam gēmas uel margaritas nec argentum nisi in corrigiis usq; ad pondus mediæ marchæ & infra super texuto nigro.

¶De statu filiarum innuptarum ciuium burgensium: merchatorꝝ maiorꝝ & minorum & notariorꝝ. 17

Iliæ innuptæ omnium ciuium burgensium merchatorum maiorum & minorū nec non notariorum non excedant statum matrum suarꝝ: sed illis cum debita inferiorita te & sine quocunq; excessu se conformabunt iuxta gradus suos.

¶De statu artistarum mechanicorum. 18

Artistæ mecanici non excedant in suis uestimentis & habiliamētis quouis modo: statum minorum ciuium burgensium merchatorum & notariorū: nec deferant uestes partitas bordatas frāgiatas uel intercisas: nisi in libratis dominorum uel magnorum ciuium nobilium eis uere donatis: nec quoquomodo sericum nec scarlatas: nec etiam pānum cuius/

HAVNOBA BIBLIOTEKA OHY imeni I. M. MEČNIKOVA

cunq; ſpeciei: cuius ulna ciuitatis gebenarū excedat uiginti groſſos: uel ulna chamberiaci. xiiii. groſ. monetæ noſtræ: Ad quas qdem ulnas gebenarū & chamberiaci: omnes & ſingulas ulnas brachia & menſuras pānorum patriæ noſtræ ſecundum maius & minus proporcinari & mēſurari uolumus & iubemus nec fodraturas altiores ſeu p̄cioſiores pellibus agnielinorum: nec caligas cumelatas: ſotulares acutos ad poleynam ferratatos ſeu laqueatos extra tibiam: niſi tempore quo tales artefani arma ſequerent dūtaxat: nec aurū: gemmas uel margaritas quoquomodo: nec argentū in corrigiis uel alibi niſi in anulis. Vxores eoꝝ nō excedant ſtatū uxorum minorum ciuium burgenſium merchatorū & notariorū in earum ueſtimentis & habiliamentis quouis modo: nec in pānis ſoderaturis ſtatū uiroꝝ ſuorum nec ſeticum: niſi in frontellis nec argentū niſi in anulis.

¶De ſtatu agricolaꝝ & laboratorum. 19

Agricolæ & alii laboratores non deferāt ueſtes partitas interciſas: ferpatas: caligatas folatas: & alia prohibita prædictis artiſtis mechanicis: nec pānum in ueſtibus. cuius ulna gebenarum excedat precium octo groſſorum. & in capuciis precium. xii. groſſorū. ad quā quidem rationem ulnæ prædictæ gebenarum aliæ ulnæ & menſuræ patriæ noſtræ regulabuntur & eis regulari uolumus. Vxores eorum non deferant ueſtes terram attingentes ad ſpaciū latitudinis duorū digitorum nec manicas. quaꝝ latitudo a cubitu uſq; ad manū excedant unū bonū turnū manualē. & longitudo non trāſcendat collū manus. nec deferant in ueſtibus pānum maioris ualoris q̄ ſtatutū eſt p̄ maritis eaꝝ. In capuciis autē deferre poterūt pānum honeſtum uſq; ad ualorē decem groſſoꝝ pro quolibet capucio.

¶De ſtatu filiarum innuptarum artiſtarum mecanicorum & agricolarum. 20

Filiæ innuptæ artiſtarum mechanicorum laboratorum & agricolarum non excedant in ſuis ueſtimentis & habiliamentis ſtatum matrum ſuarum: ſed illis ſe conformabunt ſine quocunq; exceſſu.

¶De ſtatu ſponſarum nubentum quorūcunq; ſtatuum p̄ſonarum. 21

Filiæ cuiuſcunq; domini magnatis uel alterius non deferant in ſolēnitate nuptiali coronas in capitibus eaꝝ: nec mantellos ſup corſetas: niſi filiæ noſtræ & uxores filiorū noſtroꝝ. Filiæ baronum & bāneretoꝝ nubentes non deferāt in dicta ſolēnitate nuptiali ueſtimenta uel habiliamenta: niſi p̄ut ſtatutū eſt de eaꝝ ordinariis ueſtimentis & habiliamentis. Exceptis capellis aureis & gemmatis quos deferre poterūt. Filiæ nubentes omniū ualuaſoꝝ: doctoꝝ: licenciatorū: magiſtrorum computorū: theſaurariorum & ſecretarioꝝ in eorum deſponſatōibus & nuptiis non deferāt ueſtimenta uel habiliamenta: niſi prout de eaꝝ ueſtimētis & habiliamētis ordinariis ſtatutum eſt: hoc excepto: uidelicet q̄ filiæ ualuaſorum doctorum deferre poterunt capellos margaritarum & argenti deaurati. Filiæ uero licenciatoꝝ: magiſtroꝝ computorum: theſaurariorum: ſecretariorum capellos argenti deaurati. Filiæ nubētes maiorum ciuium: burgenſium & merchatoꝝ in ſuis ueſtimentis & habiliamentis nō excedāt ſtatus ſuos ordinarios: hoc excepto q̄ deferre poterūt flocardos cū beſſanis nō deauratis. Filiæ nubentes minoꝝ ciuium burgenſium: merchatoꝝ: arteſanorum & alioꝝ inferioꝝ non excedāt in ſuis ueſtimentis & habiliamentis ſtatum eaꝝ ordinarium: nec ſtatum filiarū nubentium aliorum præcedentium: hoc excepto q̄ deferre poterunt in ornamētis ultra p̄dictum ſtatū ordinarium uſq; ad ualorē ſex florenoꝝ parui ponderis pro ſemel.

¶De moderatione numeri perſonarum & ferculorum nuptialium. 22

Si pater filiæ nubentis banneretus fuerit: & fecerit nuptias in domo ſua non uocabit nec recipiet ad ipſas nuptias niſi duodecim uiros & totidem mulieres de ſua parētela ſeu amicitia & duodecim uiros de parentella ſeu amicitia ipſius filiæ famulis eorum non computatis. Si uero maritus fecerit nuptias: ſpōſa non conducet ſecum mulieres ultra ſex. In ipſis autem nuptiis per quēcunq; fiāt non apponātur fercula ultra duo dupla ad duas aſſiſas: nec uinum ipocratis ſeu pigmentū inter feſtum paſcæ & feſtū omnium ſanctorū. in nuptiis ualuaſorum: theſaurariorum: ſecretariorum: minorumq; ciuium: burgenſium: merchatorū non uocabuntur: nec erunt uiri ultra octo: & totidem mulieres ex cōſanguineis & amicis illius qui faciet nuptias: & octo uiri ex cōſanguineis amicis alterius ptis: famulis ſeruitoribus ſeu ſeruientibus non incluſis. Et ſi maritus faciat nuptias ſponſa non conducet ſecum ultra quatuor mulieres. In ipſis autem nuptiis non apponātur in menſa niſi duo fercula ad duas aſſiſas: nec ſeruietur ibidem de ipocrate uel pigmēto ultra duo feſta. In nuptiis ciuiū. burgenſium & merchatorum & minorum notariorum & aliorum inferiorum non uocabūtur nec intererunt ultra quatuor uiri & totidem mulieres de conſanguineis uel amicis illius qui faciet nuptias: & quatuor uiri de amicis alterius partis. Et ſi maritus faciat nuptias ſponſa non ducet ſecum ultra quatuor mulieres: nec apponentur in ipſis nuptiis ultra duo fercula ſimplicia ad duas aſſiſas cum debito moderamine. nec ſeruiet ibidem de ipocrate uel alio pigmento niſi tempore ſupradicto.

¶De moderatione conuiuiorum ad quæ dominus inuitatur. 23

Quando continget nos aut aliquem liberorum noſtrorum per quenq̄ inuitari fieri cōuiuium & fiat ipſum conuiuium in ciuitate uilla uel loco alio cōgruo: magiſter hoſpicii p̄ tunc exercens ipſum magiſterium tenebit ſeu teneri faciet tinellum cōmune gētium noſtraꝝ extra domum conuiuii expenſis noſtris: nec ītrabunt nobiſcum ad conuiuium niſi uocati & electi. Si uero non fuerit ibi alius locus propinquus ad tenendū tinellum: tunc reſtringet ipſe magiſter hoſpicii quātū decenter poterit numerū ſeruitoꝝ noſtrorum. diſponet inſuper dictus magiſter hoſpicii erga inuitantem ſeu gentes ſuas ne quid ſuperflue ſeu prodigaliter expendāt. Nec apponant in menſa cibaria ultra duo fercula dupla cum uno intermiſſo ad duas aſſiſas. Nec pmittat idem magiſter hoſpicii q̄ aliqua cibaria cruda uel cocta extra domum cōuiuii apportent. ¶Inuite autem non tenebit quicq̄ dare alicui ſeruitoꝝ noſtrorum ſeu officiarioꝝ pro labore exercitioq; officioꝝ ſuoꝝ: niſi cochis fideliter ſeruiētibus: ſi tamen eidem inuitanti placuerit.

¶De modeſtia alioꝝ conuiuiorum inter amicos fienda. 24

Quando amicus amicum uel amicos ſuos ad cōuiuium inuitat: cuiuſcūq; ſtatus fuerit inuitato & inuitanti ſeruari uolumus & iubemus in talibus conuiuiis debitā modeſtiam ſine quocunq; exceſſu ferculoꝝ: ſed potius ſub deſcenſu & inferioritate conuiuiorū prædictorum ad quæ fuerint inuitati.

¶De moderatione commeſſationū & uiſitatione puerperarum. 25

HAVORAEI BIBLIOTHECA OHY IMSH / ГЛ. ЧИЧИКОВА

IN uisitationibus mulierum puerperarum quæ uulgariter arballes seu comparalies nuncupanť: cuiuscunq; status fuerint uisitantes & uisitatæ: hoc edicto prohibemus non apponi in mensa uel alias ipsis uisitantibus aliqua cibaria: nisi dūtaxat panem; uinum & fructus.

¶De statu uiduali & lugubri seruando in domo domini. 26

VM deo disponente continget in domo nostra casus uidualis uel lugubris: nos uel filios nostros non decebit deferre uestes uel mantellos trahendos p terram: nec mātellos capuciatos de profundo: nisi de luctu patris uel matris defunctorum spacio quadraginta dierum: uxorum quinquaginta: fratris uiginti dierum continuorum. nec nigrum pro fratribus adultis ultra sex menses. pro sororibus ultra quatuor menses. ꝑ minoribus fratribus & sororibus mantellum capuciatum de profundo: nec nigrum ꝑ liberis. filiæ nostre & uxores filiorum nostrorum non deferant dicto tempore lugubri ꝑ patribus: matribus: maritis: fratribus: sororibus & liberis uestimenta lugubria: nisi prout de filiis nostris præstatutū est. nec deferant mantellos pro sororibus innuptis: nec nigrum pro ipsis sororibus ultra uiginti dies: nec pro sororibus nuptis pannos nigriores tamesiis cum debito moderamine ipsorum pannorum & temporis.

¶De statu uiduali & lugubri baronum & bāneretorꝝ. 27

BArones & bānereti ac eorum filii lugubri tempore non deferāt mātellos uel uestes lōgiores cauillis pedis: nec capucia de profundo: nisi pro patribus & matribus spacio uigintiquinq; dierum. nec mantellos nec capucia de profundo pro fratribus nisi spacio nouē dierum. Vxores & filiæ innuptæ eorūdem non excedant in suis uestimentis regulam patribus & maritis earum in ipso statu uiduali & lugubri prestatutā. Sed secundū decentiā mulierū illis se cōformabūt sine pōpa: nec deferāt uestimēta trahēda p terrā: nec capucia excedentia corrigias eaꝝ ultra duos digitos: nec capitergia longiora capuciis ultra tres digitos.

¶De statu uiduali & lugubri ualuasorum doctorum licenciatorū thesaurariorum magistrorꝝ cōputorꝝ & secretariorꝝ. 28

MAluasores: doctores: licenciati: magistri computorū: thesaurarii & secretarii nostri in statu uiduali & lugubri non deferant mantellos uel uestes longiores ultra mediā tibiam: aut mantellū capucialem de ꝑfundo: nisi pro patribus & matribus eorum spacio uiginti dierū. & pro uxoribus triginta dierum. Pro fratribus uero & sororibus aut aliis cōsanguineis. uel affinibus mantellos uel capucia de profundo non portabūt nec nigrū pro filiis: uxores & filiæ innuptæ eorū in dicto statu non excedant regulam patrū uel maritorum suorum præstatutam: sed eis secundum statum mulierum se honeste conformabunt nec deferant mantellos uel uestes trahendas per terram: nec capucia longiora capuciis uel capitergia capuciis ultra duos digitos.

¶De statu lugubri filiarum innuptarum baronum banneretorum ualuasorum doctorꝝ: licenciatorꝝ & aliorꝝ prædictorꝝ 29

FIliæ innuptæ baronum banneretorum: ualuasorum: doctorum: licenciatorū & aliorum prædictorum in statu seu tempore lugubri non deferāt uestes pānorum nigrorꝝ tamesiis: nec bandonos nisi de lino crudo.

¶De statu uiduali & lugubri ciuium burgensium merchatorum & notariorum ac eorum uxorū & filiarum innuptarum. 30

IIues burgenses: merchatores & notarii in statu & tempore uiduali & lugubri nō deferant mantellos uel uestes longiores media tibia: nec mantellos uel capucia de profundo: nisi pro patribus & matribus eorum spacio quindecim dierꝝ: & pro uxoribus spacio uiginti. Vxores & filiæ innuptæ eorū non deferāt capucia excedentia corrigias earum in lōgitudine: nec capitergia excedētia longitudinem capuciorum suorꝝ nisi de latitudine unius pollicis. In aliis uero non excedant statum aliarum mulierum præcedentium: sed cum debito moderamine illis se conformabunt.

¶De statu uiduali & lugubri artistarum mechanicorum & laboratorum. 31

ARtistæ mechanici: laboratores: affanatores & agricolæ eorūq; uxores: filii & filiæ in statu uiduali uel lugubri non faciant uestes nouas de nigro: nisi sola capucia si uoluerint nec deferāt mātellos nec capucia de ꝑfundo nisi diebus tumulationū & sepulturarꝝ.

¶De modificatione oblationum & aliarꝝ solēnitatum funeralium & sepulturarꝝ in domo domini. 32

VT superflua & inutilia ad utilitatem & suffragia defunctorum conuertanť. Statuimus hoc edicto q̄ in sepulturis uirorꝝ nostræ domus non offeranť equi pro quolibet defuncto ultra decem. luminaria quoq; in dictis sepulturis apposita non accēdanť nec cōsumenť nisi ea quæ erunt apposita supra tumulum: & ea quæ erunt necessaria ad diuinum officium exequendū. Quorꝝdem luminariū numerꝝ regulandū esse decernimus iuxta statū & dignitatē illius ꝑ quo fient obsequia. Nec ibi cōuocabunť mulieres nec alii supflui & iutiles: nisi iuxta decentiā status facientis sepulturā: & illius ꝑ quo fient. Copiā uero sacerdotū ꝑ missis celebrandis & pauperum pro elemosynis eis faciendis ibidem decebit conuocari.

¶De sepulturis baronum. 33

IN sepulturis baronū non offeranť equi ultra quatuor: nō accendanť luminaria nisi necessaria ad diuinum officium & posita super tumulū. Mulieres ibidem non cōuocabunť: nec uiri singulares nisi consanguinei defuncti pro quo fient obsequia attingentes in tertio gradu uel propinquiori cum suis seruitoribus & subditis defuncti. In prandiis ipsarū sepulturarꝝ non apponanť mensis prælatorum & aliorum magnatum & nobiliū fercula ultra duo dupla. Mēsis uero aliorum inferiorum ultra fercula simplicia in duabus assisis.

¶De sepulturis bāneretorum. 34

IN sepulturis bāneretorum non offeranť nisi duo equi: in sepulturis uero descendentium ab eis plenam iurisditionem habentiū offerāt tantū unus equus. In cæteris autem uidelicet in accensione luminariū: in uocatione amicorꝝ: in seruitiis mensarum hi qui facient huiusmodi sepulturas ea quæ statuta sunt circa sepulturas baronum secundum status & gradus eorum insequentur.

¶De sepulturis ualuasorum. 35

IN sepulturis ualuasorum seu militum siue scutiferorum non deferenť equi: uexilla. penones neq; alia īsignia: nisi dūtaxat enses & scuta & cymberia. In cæteris uero ad sepulturas pertinentibus nullus transgrediatur regulā statutā circa sepulturas bāneretorū.

¶De sepulturis omnium aliorꝝ inferiorꝝ. 36

HAVORNÍ FILOZOFICKÁ FAKULTA OSTRAVSKÉ UNIVERZITY V OSTRAVĚ
MEDIÁLNÍ KNIHOVNA

NE ſepulturis omnium alioꝝ inferioꝝ cuiuſcunq; ſtatus fuerint non offerenē equi: arma uel alia quæcunq; inſignia: nec ibi conuocabunē mulieres nec uiri ſingulares: niſi conſanguinei deſcendentes in gradibus ſupradictis. Sacerdotes uero & pauperes ibidem decet conuocari arbitrio facientis ſepulturam. In prandiis uero dictaꝝ ſepulturarū non ſeruieē niſi de uno ferculo duplo moderato ad unam aſſiſam.

¶De nominationibus dominorum. 37

VT ſtatutorū & pomparū modificatio per nos præſtatuta gradibus & noibus pſonaꝝ cōueniat: hoc edicto ꝓhibemus: ne quis ſubditoꝝ noſtroꝝ baronis titulum ſeu nomen ſibi uſurpare præſumat: niſi fuerit marchio: comes uel trahens & habens originē a tali uel æquali dignitate ſeu ꝓheminētia: & cum habeat in redditu ſeu reuenuta annuali tria milia florenoꝝ parui ponderis: uel niſi alius nobilis magnus habens in omnimoda iuriſditione ſimilem reuenutam trium milium florenoꝝ parui ponderis ad minus. Et præter hæc habeat quilibet ipſoꝝ baronum ad minus uigintiquinq; uaſallos nobiles ad homagiū & fidelitarē ſibi aſtrictos: quoꝝ unus ſaltem habeat omnimodam iuriſditionem: uel niſi aſcenderit pre/ctam lineam maſculinam cū cōcurrētia & retentione continua nominis & armoꝝ ab anti/quis baronibus: & cū hoc habeat omnimodam iuriſditionem. Sub pœna per nos uel conſi/lium noſtrū uel alium cui cauſam tranſgreſſionis huius edicti noſtri duxerimus committen da contra quoſcunq; ipſius edicti tranſgreſſores declaranda.

¶De banneretis. 38

NVllus præſumat ſe nominare in patria noſtra bāneretum niſi ſit nobilis habēs ad minus unum caſtrum in ſolidum: & quattuor uiginti focos ſeu domicilia hominum in pleno & omni dominio & feudū ſeu feuda & homagia nobile ſeu nobilia. Vel niſi traxerit originem per rectam lineam maſculinam cū retentione continua nominis armoꝝ ab antiqs banneretis & cum hoc habeat plenam & omnimodam iuriſditionem: Sub pœna huius edi/cti noſtri p quēlibet tranſgreſſorem declaranda.

¶De nominationibus filiorum familias & filiarum. 39

NE pueri uel adoleſcentes ad ellationem faciles uento uanitatis impleanē: & ſe ad gradus impertinentes extollāt: ꝓhibemus hoc edicto ne quis audeat nominare liberos utriuſq; ſexus quorumcunq; magnatum noſtræ domus domicellos: niſi dūtaxat liberos noſtros & ſucceſſorum noſtrorum in noſtra ducali dignitate: uel niſi puellas ſeu filias marchionum & comitū: ſub pœna ſupradicta.

¶De nominationibus dominoꝝ. 40

NVllus nominetur uulgariter dominus alicuius loci niſi ſit baro uel banneretus anti/quus aut alius magnus nobilis dominus loci ſui nominis uel caput armoꝝ ſuoꝝ: aut habens caſtrū ſeu fortalitium cum omnimoda iuriſditione: Sub eadem pœna.

¶De furchis. 41

BArones: bannereti & alii omnimodam iuriſditionem cum ultimo ſupplicio haben/tes non facient nec permittent in ſuis territoriis erigi uel plantari furchas trium po/mellorum nec pomelletas niſi ſit marchio uel comes: uel niſi ab antiquo tales habere cōſue/uerint: q; ſi forte per quēcunq; in contrarium attemptatum fuerit tales furchas prohibitas: inhibemus per officiarios attēptationem huiuſmodi & eorum defectum ſeu negligentiam p officiarios noſtros reſorti cōfeſtim demoliri & ad terram proſterni.

¶De inſigniis & armis. 42

ARma uel inſignia ab antiquo non habens: uel cui p imperialem maieſtatem: aut per nos uel alium habentem ad hoc poteſtatem collata nō fuerint uel alias pmiſſa de nouo ſibi aſſumere deferre: depingiq; uel ſculpi facere: aut alias uti non præſumat: & ſi ſecus p quēq; fuerit attemptatum ſtatim poſtq; de tali pſumptione cōſtiterit caſtellano uel officiario noſtro loci præſumptionis huiuſmodi p ipſum officiarium prædicta arma uel inſignia ſi contra hoc edictum noſtrum aſſumpta. depicta uel ſculpta ubicunq; reperta fuerint deleri. lacerari & aboleri iubemus in ruborē talis temeratie aſſumentis loco pœnæ. merchatoribus merchatum ſuarum inſignia conſueta: & eorum uſum debitum pro ſuis merchantiis exequēdis relinquentes.

¶De pœnis tranſgreſſorum ſtatutoꝝ huius quinti libri. 43

QVia uana & inutilis eſſet ſtatutorum noſtrorū præmiſſorum edictio: niſi effectus & executio ſequerenē: & ut ſaltem pœnarum terroribus arceantur: quos ad parendum propria uoluntas non inducit omnibus & ſingulis cuiuſcūq; ſtatus & utriuſq; ſexus ſubditis nrīs huiuſmodi ſtatutorū noſtrorum ſub qnto præſenti libro contentorum tranſgreſſoribus pœnam pecuniariam quartæ partis ualoris rei ſeu rerum circa quam ſeu quas tranſgreſſionem fieri contingerit ī ueſtimentis: habiliamentis: ornamentis: nuptiis: arbaliis: cōuiuiis: ſepulturis uel aliis pmiſſis: in & ſuper qbus alia pœna ſpecialis non eſt ſuperius ſtatuta imponimus: & in quolibet tranſgreſſore declaramus hoc edicto p bayliuos. poteſtates. uicarios. caſtellanos. capitaneos & alios locorum officiarios a quolibet utriuſq; ſexus tranſgreſſore p qualibet tranſgreſſione exigendam: & in pios uſus retenta ſibi pro labore executionum edictorum noſtrorum quartæ partis ipſarum pecuniarum pœnalium per modum in capitulo de maledicis: & blaſtemiis præſtatuto conuertendam: & diſtribuendam. Et ſi forſan quiſq; tranſgreſſor dictorum ſtatutorum noſtrorum utriuſq; ſexus ex ſolutione dictæ penæ ſenſerit ſe grauatum. & pœnam ſupraſcriptam ſubire maluerit: officiarius ad quos ut præferē ipſius penæ pertinebit exactio: pro pœna cuiuſliber tranſgreſſionis exigat dūtaxat a quolibet tranſgreſſore ut ſequitur. uidelicet a quolibet Marchione: Comite. Barone. bānereto eorūq; uxoribus & liberis unam marcham argenti puri: a quolibet ualuaſſore: doctore: licentiato: theſaurario: magiſtro computorum: ciue: burgenſe & merchatore unum ducatum monetæ noſtræ: a quolibet inferiore unum florenum parui ponderis eiuſdem monetæ.

¶Quod marchiones: comites: barones: bannereti & cæteri iuriſditionem habentes in patria domini in ſuis territoriis per ſuos officiarios ſtatuta prædicta erga ſubditos eorum faciant obſeruari. 44

VT omnibus honores debiti ſeruentur: & iura ſua relinquantur: ſtatuimus q; omnes & ſinguli marchiones: comites: barones: bannereti & cæteri quicunq; intra patriam noſtram iuriſditionem habentes omnia & ſingula ſtatuta noſtra huius quinti libri prout de aliis ſtatutis ediximus libro tertio in ſuis territoriis: dominiis & locis in quibus iuriſditionem habent: in & ſuper omnes & ſingulos ſubditos noſtros & iuriſditiōes ſuas per eorum officiarios plenarie faciant exequi: & inuiolabiliter obſeruari. Pœnaſq; a trāſgredientibus ipſa ſtatuta exigi: & in pios uſus retenta ſibi quarta parte iuxta ipſorum ſtatutorum noſtrorum decreta conuertendas.

HAVORAŇ PETR MOTEKMOHY
ПЕТР ИМАН Г. ГАВОРАНЬ МОТЕКМОВА

¶ Clausula finalis auctorizatiōis & publicatiōis statutorꝝ oīum totius libri. 45

NOs Amedeus Dux Sabaudiæ chablasii & Augustæ princeps: Marchio in italia: comes pedemontiū: gebenensis: ualentinensis: diensis: dominusq; Niciæ & Vercellarum &c. Post longam & maturam uisionē: lectionem: correctionem & abbreuiationem statutorum nostrorꝝ nostræ generalis reformationis in præsenti compendio sub quibusq; libris prænotatis comprehensorum in nra præsentia cum nostri procerum circūspectorꝝ uirorꝝ ecclesiasticorum. doctorꝝ militum. scutiferorꝝ & aliorꝝ deliberatione consilii nuper factam ipsa statuta nra suprascripta uiuæ uocis oraculo: dilecti fidelis canzellarii nri Sabaudiæ domini Ioannis de belloforti legum doctoris & militis ad perpetuam ipsorꝝ statutorum firmitatem auctorizauimus: decreuimus: & diximus: & per ostensionem registri in quo tunc continebant publicauimus: ac p omnes & singulos officiarios: iustitiarios & subditos nostros imediatos: & mediatos omnium statuum prout quemlibet eorum concernere possunt: & concernunt sub pœnis ibidem contentis præcipimus & iussimus inuiolabiliter obseruari: eisq; tanq; iuribus uti iuxta ipsorum statutorum continentiā atq; formā. Saluis clericis in principali prohemio descriptis: necnon bonis rationalibus: & laudabilibus ciuitatum: uillarum locorum: & territoriorum patriæ nostræ consuetudinibus: frāchisiis & libertatibus rite concessis & concedēdis: quibus per hæc statuta nostra nō intendimus nec uolumus derogare. Salua etiā & perpetuo reseruata nobis & nostris in nostra ducali dignitate successoribus plena: & libera facultate huiusmodi statuta nostra declarādi interpretādi: corrigendi. mutandi eisq; addendi: minuendi put necessitati: & utilitati reipublicæ ab altissimo cōmissæ administrationis iuxta casum & caꝝ occurrentium locorꝝ exigentiam & temporꝝ uarietatem uisum fuerit expedire. In quorꝝ omniū & singulorꝝ statutorꝝ nostrorum præmissorꝝ: auctoritatisq; decreti: & publicationis prædictorꝝ robur: & fidem unum uel plures libros ipsa statuta cōtinentem seu continentes. Per fidum dilectum cōsiliariū: secretarium: & scribam nostrum ipsorꝝ statutorꝝ nrorꝝ nichodum festi de salanchia notarium publicum cōfici iussimus: cunctis inde copiā habere uolentibus: & petētibus ad ipsam copiā habendā: sumendā: exhibendā seu exhibendos.

¶ Datum chamberiaci in castro nro ianuis apertis: Præsente insignium uirorꝝ ac populi multitudine: Inter quos specialiter & nomiatim fuerūt assumpti & descripti testes dni cameræ: Gaspardus de mōte maiori marescallus miolani Codree: Henricus de colūberio: Labertus odineti præsidēs consilii chāberiaci. Glaudus de laxo præsidens cameræ computorꝝ castri ueterioni. Ioannes odineti: Glaudus de camera: Ludouicus de luyriaco: Petrus de mentone: Petrus de cuina: Robertus de mōte uuagardo magister hospitii: Guilliermus fabri iudex maior sabaudiæ: Petrus ueromesii: Petrus garneri: Ioannes burlandi: Petrus de calcibus: Mermetus arnaudi: Ioānes reuerditi: Petrus grangiæ: Anthōius & amedeus belletruchæ. Glaudius & roletus condræ: guigonetus marescalli: Ioānes de diuona: & amedeus marchādi milites scutiferi: doctores licentiati: iurisperiti: puidiq; circūspecti uiri. qlibet eorꝝ in gradu suo die sabbati post festum Eucaristiæ christi: quæ fuit decimaseptima mensis Iunii: Anno domini nicæ natiuitatis: Millesimo quatercētesimo trigesimo. Inditione octaua. Nichodus festi.

EXPLICIT LIBER QVINTVS ET VLTIMVS DECRETORVM DOMINICALIVM.

¶ Sequuntur Statuta seu Decreta dominicalia p Illustrissimam dominam Yolant ducissam: Illustrissimiq; dni Philiberti Sabaudiæ ducis eius filii tutricem condita.

¶ Statutum super alienatione bonorum feudalium..

YOLANT. Primogenita & soror christianissimorꝝ franciæ regum Ducissa Sabaudiæ tutrix: & tutorio nomine Illustrissimi filii nri carissimi Philiberti ducis Sabaudiæ chablaisii &c. Vniuersis: & singulis huius paginæ seriem inspecturis salutem & noticiā rei gestæ. Vt princeps populis subiectis posse dnari Imperari nō solum ciuilibus legibus: sed & diuino iure optime stabilitū est sic & illorꝝ utilitati fauoribus cōseruationi summopere consulere qcquid studii solicitudinis opere in eis est cura peruigili decet impendere. Sane posteaq; prefati Illustrissimi filii nri Ducis ob decessum sup Illustrissimi bonæ memoriæ domini & conthoralis nostri dni Amedei Ducis Sabaudiæ eius genitoris tutella psonæq;: & bonorꝝ administratio seu eius genitrici Iure nobis uēdicata est. Cogimur ex debito salubria quæq; patriæ ac subditis ducalibus flagitare: haud quāq; in ciuile indignum ue arbitrantes. Si qd iure stabilitum ī subditorꝝ perniciem uergere dignoscatur id miciore sanctione lenire. Multis itaq; subditorꝝ ducalium q̄ maxime patriæ & dictiōis cismontanæ didiscimus q̄relis. Quod qa iure feudorꝝ cautum est res & bona feudales & feudalia in aliam quācunq; psonam prætereq; in agnatos eius a quo possidēt: quæ res in tota ipsa ducali pria cismontana hactenus inoleuit & obseruata est nullatenus alienari posse: cū plures & uarii nobiles & feudatarii presertim hii q filiabus nubilibus: aut etiam debitis onusti sunt ex hoc plurimum grauant: Eo maxime q; licet bona feudalia habeāt pecuniis tamē numeratis uacui filiarꝝ dotes & alia debita sua in eorꝝ dedecus atq; dānum nonūq; remanēt insoluta: Et ipsæ filiæ quod magnifaciendū est ut plurimum sumpte. Cum nec agnati bona ipsa feudalia ab eisdem nisi longe uili pcio emere curent: nec illa ī alios extra agnationē suam fas sit quouis pacto transferri. Cui nempe tam graui tamq; cōmuni iacturæ sum mopere cōsulere: & optima adhibere remedia nra q̄ maxime interest. Eo qdem solertius & uigilātius occurramus quo dictorꝝ ducalium subditorꝝ supplicatiōe ad id īcitamur. Ex nra igit certa sciētia: matura primitus procerꝝ & peritorꝝ cōsilii nri freta deliberatiōe req; ipsa sæpius acitteratis uicibus discussa & plene digesta p prefato Illustrissimo filio nro suis q; heredibus & successoribus uniuersis tutorio noīe pdicto ac ex nostræ plenitudine potestatis hoc perpetuo & irrefragabili edicto Imperpetuū ualituro sācimus statuimus & edicimus. Quod A modo inantea oēs & singuli nobiles: & alii qcūq; feuda nobilia seu res & bona feudales & feudalia: & q̄ de feudo nobili ducali aut alterius cuiuscunq; psonæ mouent aut ī futurꝝ mouebunt habētes: tenētes uel possidētes: ac eorꝝ & cuiuslibet eorꝝ perpetua posteritas nata pariter: & nascitura p filiabus suis nuptui collocādis. & earꝝ dotibus aut aliis debitis suis psoluendis. Etiā ad subueniendū aliis qbuscūq; necessitatibus suis: possint & ualeāt ac eis: & cuilibet ipsorꝝ pleno iure liceat: nro tamē seu pfati filii nri aut heredū & successorꝝ suorꝝ præhabito: & interueniēte cōsensu ipsas res & ipsa bona feudales & feudalia titulo uēditiōis: aut alterius cuiuscūq; alienatiōis in quācunq; psonam ad id capacē aliam q̄ ī agnatos suos: & extra agnationē suā in toto uel in parte transferre: & alienare p suæ libito uolūtatis. Si tamen & casu quo ipsorꝝ alienātium seu alterius eorum agnati res & bona huiusmodi feudales & feudalia: quæ p alienan-

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОДНОЇ ІМ. ІВАНА ПАВЛА II

tes seu alienantem eisdem primitus uenalia offerri & præsentari uolumus: illas & illa condecenti precio emere & precium ipsum exbursare renuerint uel alias cõtempserint: aut plus debito distulerint: Et non alias aliter nec alio modo. Quasquidem alienationes quotquot factæ fuerint pleno iure ualere ac perpetuam roboris firmitatem obtinere uolumus & decernimus: ac si i agnatos prædictos factæ essent. Ita & taliter q̃ ab ipsis agnatis aut successoribus suis seu altero ipsorum nullus regressus ad ipsa bona feudalia quæ sic ut supra fuerint alienata: nulla q̃ in integrũ restitutio aduersus tales alienatiões ex tũc imperpetuum haberi impetrari aut obtineri possit nec debeat. Sed sint & intelligant̃ ac esse & haberi debeant ipsi agnati eorũ q̃ successores ab huiusmodi bonis feudalibus sic alienatis omnibus q̃ iuribus: actionibus: ratiõibus: prorogatiuis: successionibus & querellis: necnõ ab omni regressu ac in integrum restitutione: quæ quos & quas in eisdem iure agnationis haberi possent penitus exclusi atq̃ priuati iuris dispositione in contrariũ faciente. Etiam cõsuetudine diucius obseruata: nec non quacũq̃ in integrum restitutione si quam forte in aduersum fieri contingat. Et aliis qbuscunq̃ in aduersum facientibus nõ obstatibus & penitus reiectis. Sup quibus omnibus quo ad præmissa causis prætactis ex dicta certa scientia nostra ac ex nostræ plenitudine potestatis gratiose dispensamus: & illis per hæc expresse derrogamus & derrogatum esse decernimus. Mandantes ea propter & districte p̃cipientes consilio nobiscũ: & citramõtes residen̄. Necnon uniuersis & singulis gubernatoribus: Bailliuis: Vicariis: Capitaneis: Potestatibus: Castellanis: Iudicibus: Procuratoribus ac cæteris ducalibus patriæ cismõtanæ officiariis: & Iusticie ministris mediatis & immediatis ubilibet constitutis modernis q̃: & futuris ipsorum q̃ officiariorũ locatenen̄. & cuilibet insolidum: Quatenus huiusmodi edictũ: & litteras nostras iuxta earum formam ex nũc imperpetuum inuiolabiliter obseruent. Et per quoscunq̃ faciant ad unguem obseruari. Et ut omnibus inotescat uoce præconis locis & moribus assuetis si expedierit faciant publicari. Id autem quo tenacius obseruetur: & maiorem sorciat̃ auctoritatem in uolumine statutorũ generalis Sabaudiæ reformationis: Etiam ad perpetuã rei memoriam inbemus inseri. Has in præmissorum testimonium sub sigilli canzellariæ ducalis munimine concedentes. Datas in Montecalerio die tertia mensis Iulii Anno Domini millesimo quatercentesimo septuagesimoquinto. Per dominam præsentibus dominis Reueren̄. Ioanne de compesio Episcopo Taurinen̄. Vrbano boniuardi Episcopo Vercellarum. Petro de sancto Michaelle cãzellario Sabaudiæ. A. lamberti decano Sabaudiæ. Anthonio de plozasco præsidẽte. Ludouico domino Ananchiaci magistro hospicii: Michaelle de Canalibus. Lafranco de aduocatis. Oldrado caneuoxii. Philippo cheuretii aduocato fiscali. Rufino de murris financiarum generali: & Alexandro richardonis Thesaurario Sabaudiæ. Lambetti.

SOnsilium Illustrissimi Principis domini nostri domini Philiberti Sab &c. Ducis cũ eo residens. Vniuersis serie præsentium facimus manifestũ Quod nos uisis dominicalibus litteris retroscriptis. Et ad instantiam procuratoris fiscalis coram nobis: & in nostro causarum auditorio pro tribunali sedentibus lectis: & publicatis paratũ offerimus illis possessionem ut tenemur obedire & eas obseruare. Has in testimonium concedentes. Datas Rippolis die tertia Nouembris millesimo quatercentesimo septuagesimoquinto. Per consilium præsentibus dominis. Petro de sancto Michaelle canzellario Sabaudiæ. Anthonio de plozascho præsidẽte. Michaelle de Canalibus. Lafrancho de aduocatis: & Oldrado caneuoxii. Fauyer.

¶Reformatio statutorum super causarum acceleratione.

YOlant primogenita & soror christianissimorũ Franciæ regum: Ducissa tutrix & tutorio nomine Illustrissimi & superexcelsi principis filii nostri carissimi Philiberti Ducis Sabaudiæ chablasii: & augustæ sacri romani imperii: principis: uicariiq̃ perpetui: Marchionis in italia principisq̃ pedemontiũ niciæq̃ uercellarum ac friburgii domini. Ad perpetuam rei gestæ memoriam in recta eligendi boni ratione ad quod humanus naturali ratione aspirat animus: nõnunq̃ error irripat. Ea potissimum causa qua cum teste philosopho ellectio non nisi precognitis existat ille in recte eligendo deficiat necesse est: Quin inter eligenda quid utilius: quid salubrius: quidue bene gerendo conueniens sit: non satis agnoscit: Præfuerunt superiore tempore huic ilitissimo sabaudiæ dominio clarissimi principes diuæ memoriæ comites atq̃ duces illustrissimi iustitiæ cultores: Quorum res preclaræ magnificæq̃ gestæ i hodiernum usq̃ diem admodum celebrantur ac felicis recordationis: Illustrissimus Amedeus primus sabaudiæ Dux: cuius clementiam: probitatem: prudentiam illarumq̃ optimatũ uirtutum studia mirabantur uniuersi: Ille nempe inter cætera preclara a se gesta statuta generalis sabaudiæ reformatiõis rem quidem sanctam & prope diuinam: quo credita sibi dominia sanctius iustius æquius regerentur subditorum salutis summopere cõsulerunt salubriter credit: Et si quid studii laboris consilii in eo fuit in republica recte beateq̃ administranda solers adhibuit. Posteaq̃ uero Illustrissimus piæ memoriæ dominus & conthoralis meus metuendus dominus Amedeus sabaudiæ dux prælibati filii nostri moderni ducis genitor uolẽte deo naturæ debitũ assoluit & ad superos migrauit nunc tam amplũ ipsius ducatus sabaudiæ dominium ad opus memorati dilectissimi filii nostri in pupillari ætate constituti pius & misericors deus nostris debilibus credidit humeris regendum & pro uiribus conseruandum: At reuera inter graues nobis incombentes sarcinas potissimum ea nostro iugiter insidet animo ex fœlici iustitia sub nostri regimie ut æquo libramine & sine fauore sic & breuiter amputatisq̃ superfluis ac friuolis quibuscunq̃ ministretur: Cernimus qdem & id multorum didicimus querelis tam & si ex prædicta generali reformatione litium accelerationi optime prouisum sit causas ipsas longius prolixiusq̃ debito ꝓtrahi: Quo fit ut partes litigantes grauibus plerũq̃ consumantur laboribus & expensis: Volentes itaq̃ multis abusibus ex qbus tum partium litigantium aut aduocatorum seu causidicorum caliditate tum ius reddentium in curia: non nunq̃ etiam sub uaria specie dilationum dari solitarum causarum decisiones prothelari uidẽtur uiam precidere: & earum acelerationi summe consulere utiliter salubriterq̃ gestis: & ex dicta generali reformatione decretis aliquid utilius & salubrius adicere ac ex precognitis bonis ut par est ellicere memoria matura ꝓcerum peritorum sup his prahabita deliberatione: & re ipsa in pluribus peritorum cõcionibus sæpius & iteratis uicibus primitus ruminata discussa pleraq̃ digesta capitula in prædicta generali reformatione comp̃hensa ad abreuiationem causarum ædita modificando: qualificando & eisdem superaddendo ex nĩa certa scientia: & ex nostræ potestatis plenitudĩe hoc perpetuo & infragabili sancimus & statuimus edicto prout & quẽadmodum in subscriptis capitulis seriatim describuntur.

¶Quod procuratores siue actorum siue reorum & quarũcunq̃ partium in prima uel in secũda dilatione debeant rite fundare iudicium.

HAYNOBA BIBLIOTHECA
POHY IMPRIMÉ DE MICHIKOBA

NE iudicium reddatur illusorium hoc perpetuo statuimus edicto ꝙ procuratores siue actores siue reorum: & quarũcunq; partium in causis ꝗbuscunq; tribunalibus & iudicibus seu ius dicentibus in tota dictione sabaudiæ tam citra q̃ ultramontana: & tam mediata q̃ immediata ubicũq;: & qualitercũq; uentilantibus: & de cætero uentilandis comparentes debeant & teneantur in prima aut saltem ĩ secunda dieta iudicium rite fundare sub pœna sexaginta solidorũ fortium per quélibet non obtemperantem uice qualibet cõmittenda & fisco ꝓ duabus & parti aduersæ ex tertia partibus applicanda & exigenda anteq̃ admittatur ulterius ad comparendum in eadem causa.

¶Quod nulli procuratori liceat tradere aliquas cedulas uel dictamina nisi sint signatæ manu aduocati etiam supplicationes in uim petitiõis & libelli.

SOlent plerunq; partes litigãtes defectu patrocinantiũ ꝓcuratoribus ꝑsertim qui iura nõ norunt ad dictamina se ingerẽtibus suis iuribus frustrari & ab optimis causis nõnunquã subcumbere: hoc igitur statuto prohibemus: ne cuiq̃ procuratorũ & causidicorum liceat offerre uel tradere aliquas cedulas uel dictamina ĩ cã uel causis ĩ ꝗbus cõparebunt nisi sint signatæ manu alterius aduocati noti & praticare soliti graduati in aliqua uniuersitate: nec eas uel ea subscribi uel subsignari facere ꝑ iudi. Et hoc sub pœna pari præmissa: ut supra proxime cõmittenda: applicanda & exigenda. At nihilominus huiusmodi cedulæ: & dictamina si nõ sint sic ut supra signatæ non admittantur: sed repellant & non ualeant. Ita etiam ꝙ supplicationes in uim petitionis uel libelli in quocũq; iudicio non admittant: sed omnino repellantur nisi sint ut supra signatæ.

¶De iuramento calumniæ & modo circa illud obseruando.

VM sæpenumero super iuramento calumniæ contingat sub dolis uersuciis alteram partium ab altera multotiens decipi. Quo euenit ut partes ipsæ grauibus premãtur expensis: Ne igitur de cætero super hoc dubium oriatur: hoc perpetuo statuimus edicto: ꝙ omissio ipsius iuramenti calumniæ generalis sup tota causa quantũcunq; fuerit præstari petitum nullo modo debeat: nec intelligat processum reddere nullũ. At si iudice seu iudicibus aut iusdicentibus iubente seu iubentibus expresse partem iurare: pars ipsa recuset: talis recusans datis sibi ad id duabus dilationibus cominatoriis seu duobus iussibus: aut uno iussu & una cominatione in ꝑsonam ꝓpriam: aut in personam sui procuratoris pœnam iuris ĩcurrat. Quod quidem iuramentum actor seu supplicans aut appellans ĩ prima assignatione: si sua putauerit interesse præstet & præstare possit: & per partem ream supplicatã seu appellatam præstari requiret. Reus autem siue supplicatus aut appellatus in secunda dilatione seu assignatione proponendo exceptiões suas pariter si sua interesse putauerit iuret de calumnia: & per actorem supplicantem & appellantem iurari postulet si prius non fuerit iuratũ: alias ad prædictum iuramentum postulandum ex aduerso præstandum non admittat. Et huiusmodi iuramento post prædictas assignationes petito licet præstitum non fuerit nullum partibus afferri præiudicium uolumus: nõ obstante iuris dispositione in cõtrariũ disponente: sup qua ex certa scientia nostra: & ex nostræ potestatis plenitudine quo ad hæc dispensamus: & illius rigorem hoc decreto mitigamus.

¶In causis interloqui uel ordinari nulli petere liceat nisi in scriptis uel pronũciare.

ERustratorias & inutiles expensas partibus litigãtibus: & plures labores iusdicentibus afferre exploratum est ĩ interlocutoriis: & ordinationibus sine iusta causa insistendo.

Statuimus igitur hoc edicto perpetuo ꝙ amodo nulli procuratori liceat petere ordinari uel interloqui in causa uel causis quibus comparebunt: nisi in scriptis hoc proponat per patronum causæ cedulando cum insertione causarũ ꝓpter quas ita petat ordinari: & hoc sub pœna sexaginta solidorũ fortium per contrafacientem committenda: & fisco ꝓ duabus partibus & pro tertia parti aduersæ applicanda & exigenda. Vbi autem ordinari uel interloqui contingat seruari uolumus formam capituli incipientis: ad friuolas exceptiones.

¶Quod actor debeat post datam petitionem suam in prima uel secunda dilatione producere iura per quæ suam petitionem iustificare intendit.

NE partibus litigantibus in longum protrahendi relinquat occasio. hoc perpetuo statuimus edicto. ꝙ in omnibus & singulis causis tam ciuilibus siue sint pecuniariæ siue non pecuniariæ q̃ etiam fiscalibus & patrimonialibus aut mixtis siue primarũ instantiarum siue appellationum aut supplicationum: aut alias coram consiliis nobiscũ aut chamberiaci uel etiã ultramontes residentibus & quibuscunq; iudicibus seu iusdicentibus aut altero ipsorũ uentilantibus & in posterum uentilandis actor seu appellans uel supplicans post datam petitionem suam quam dare debet in prima aut secunda dieta iuxta formam capituli incipientis. Quoniam iuxta petitionis formam: & post rei seu supplicati uel appellati respõsionem aliamq; dilationem subsecutam ad quam faciendam seruari iubemus formam capituli incipientis partibus legitime comparẽtibus debeat & teneat ipse actor siue supplicans uel appellans ubi per delationem iuramenti iuxta formam capituli incipientis: Iureiurãdo: Causa ipsa non diffiniret ad suæ petitionis uel intentionis iustificationem producere & hoc in prima uel secunda dieta seu termino aut assignationibus dũtaxat per iusdicentem seu iusdicentes eidem actori supplicãti seu appellanti danda breui uel longa secundum personarũ & causarũ qualitates & locorũ distantias ꝓut eidem iusdicenti seu iusdicentibus uidebit faciendum secundum formam capituli incipientis: Negata per reum petitione: Quæ etiam idem actor supplicans siue appellans producere possit dando petitionem suam eodem contextu si uoluerit: Quam petitionem si actor ipse non dedent in prima uel secunda dietis ut supra: Reus sic in ius uocatus ab obseruatione iudicii absoluatur.

¶De modo & termino deliberandi & opponendi per reum super productis ꝑ actorem & econtra.

RAemissis itaq; per actorem siue supplicantem aut appellantem sic ut supra gestis. Reus siue supplicatus aut appellatus teneat & debeat cõtra ex aduerso ꝓducta posita deducta aut articulata deliberare: respondere uel opponere prout sibi uidebit: necnõ instrumenta acta & iura sua aut positiones uel articulos & ea per quæ intentionem partis aduersæ elidere & exceptionem seu exceptiões suas iustificare pretendet ꝓducere: & hoc in prima dilatione siue in secunda dũtaxat per iusdicentẽ seu ꝑ iusdicentes eidem reo supplicato seu appellato dandis. Postq̃ idem actor supplicans siue appellans contra ex aduerso producta siue deducta teneat debeatq; si sua putauerit interesse deliberare: respondere uel opponere: ac producere & deducere prout sibi uidebit termino unico. Et similiter post præmissa reus siue supplicatus uel appellatus sic facere possit in alio unico termino: ita ꝙ tã actor supplicans siue appellans q̃ etiam reus supplicatus siue appellatus possint duplicare: triplicare & quadruplicare circa ipsius ꝓposita per actorem uel reum: sic ꝙ materiam nouam ad merita libelli & exceptionum principaliter oppositarum deducere nõ possint: duplicando: tri-

HAVORA FUBOTIKA OHY imeni L. Mykolaychuka

plicando & quadruplicado & si faciant non admittant in eadem instantia: sed repellant. & pro non deductis habeant ipso iure.

¶De modo seruando circa oppositiones quas cõtra instrumenta ꝓducta quo ad formam extrinsecam fieri continget.

ET si sup oppositionibus quas in iudiciis sæpenumero contingit contra instrã quæ ꝓducunt ex prædicta generali reformatione ducalis sabaudiæ dictionis in capitulo incipiente. Quando in iudicio sub rubrica. Qualiter iudex ꝓcedere debeat: debitus modus sit stabilitus. Quia tamen ex oppositionibus quæ contra instrumenta huiusmodi: ꝑsertim quo ad formam extrinsecam fiunt causas multum ꝓthelari: ptesq; ꝓducentes admodum grauari sæpius exploratum: & ut cauillosis obiectionibus uia ꝑcidatur & causarꝫ accellerationi consulat: ptiumq; laboribus parcat. & expẽsis ꝑdicto capitulo incipienti. Quãdo in iudicio. Addicientes. Hoc ꝓpetuo statuimus edicto ꝙ quotiensciũq; aliquod instrumẽtũ amodo fuerit in iudicio ꝓductum non scriptum manu notarii: qui illud subscripsit & signauit: dũmodo ipse notarius in eius subscriptione asserat ipsum instrumẽtum se recepisse: & illud manu sua ꝓpria debite subscripserit & signauerit: Ideo non obstante ꝙ sit aliena manu scriptum: nihilominus eidem instrumento fides adhibeat & quo ad formam extrinsecam ꝓ publico habeat: sicq; haberi uolumus & decernimus quibuscunq; oppositionibus in contrariũ factis & fiendis non obstãtibus. Cæterum si & ubi instrumẽtum aliquod in iudicio ꝓductũ ex alienis ꝓthocollis fuerit leuatum uirtute commissionis assertæ illi qui ipm̃ instrumẽtum leuauerit factæ: si ps contra quam ꝓductum erit nõ opponat specifice & exꝑsse in primo termino sibi assignato ad opponendum contra ipm̃ instrumẽtum nõ obstare de cõmissione huiusmodi: nihilominus eidẽ instro sic ꝓducto plenam fidẽ adhiberi uolumus & decernimus: Et non obstãte ꝙ in ipso instrumẽto non sit inserta cõmissio prædicta nec de illa fides facta.

¶Si in secunda dilatione data ad respondendum positionibus non fuerit illis responsum ꝓnunciẽtur pro confessis.

SIffugii materiam non nunq̃ ꝓrebere uisum est tot numero dilationes ad respondendum positionibus a iusdicentibus impartiri solitæ: statuimus itaq; hoc edicto perpetuo ꝙ si & ubi actor siue reus aut quæuis ptium litigantium positionibus ex aduerso traditis in prima aut in secunda dilatione per iusdicentem seu iusdicentes sibi data seu danda ad ipsis positionibus respondendum: Quæ quidem secunda dilatio intelligat esse data cum cõminatione: ꝙ alias ipsæ positiões habebunt ꝓ cõfessis siue exprimat ipsa cominatio siue nõ: Et ꝙ sic intelligi uolumus & decernimus ipis positionibus non responderit aut cãm uel causas in scriptis dictamine aduocati in contrariũ non ꝓposuerit: tunc & eo casu positiones ipæ haberi debeant ipo iure ꝓ confessis: ac si ꝓ ipam ptem forent confessæ & ita ꝓnuntient seruatis semp terminis ut supra actori & reo statutis: uidelicet ꝙ non obstante assignatione facta actori uel reo ad respondendum positionibus uel dicendum in cõtrarium cãs termini supra in præcedentibus capitulis actori & reo assignati currant & currere intelligant: nec teneatur quis respondere ꝑsonaliter positionibus nisi ꝓ ponentem illas ꝓducendo ꝑsonaliter: aut ꝓ ꝓcuratorẽ instructũ assertæ fuerint: Quo casu pte hoc petẽte assignet ps ad ipis positionibus ꝑsonaliter uel ꝓ ꝓcuratorẽ instructũ respondendũ eidẽ dando dilatões ꝓut supra dictũ est.

¶Anteq̃ ꝓposita aut deducta admittant ad ꝓbandũ præcludat uia ptibus ulterius qcq̃ ꝓponendi & deducendi.

MT maiori solicitudine studeant ptes in tempore ꝓponere & deducere ea quæ ad suæ intentionis iustificationem expedierit in modum ꝓponi siue deduci nullis supfluarꝫ dilationũ expectatis terminis: hoc edicto statuimus ꝙ anteaq̃ aliqua ꝓposita uel allegata admittant uel admitti debeat ad probandum ꝑ testes ꝑcludat & præcludi debeat ꝑtibus uia ulterius quicq̃ in causa & causis ipis ꝓducendi: deducendi: ponendi: articulandi opponendi: & ꝓponendi in ipa instantia: sic & taliter ꝙ ptes siue altera ipaꝝ post ꝑdictam ꝑclusionis uiam quicq̃ ꝓducerent: talia sic ꝓducta allegata ꝓposita & deducta non habeat ꝓducentem uel ꝓducentes in aliquo releuare in ipa instantia nec illa admittant. sed penitus repellant: nisi attestationes seu depositiones testium in ipis causis examinandorꝫ & ꝓposita & opposita in reprobando uel approbando dicta & depositiones testium si quos testes examinari aut quæ ꝓponi aut opponi contingat.

¶Deducta post ꝑdictam ꝑclusionem uiæ admittunt ad ꝓbandum ꝑ testes dũtaxat: & in una & in eadem instantia in meritis causæ fiat unicum examẽ pro qualibet parte & dent tres dilationes & quarta cum solemnitate duntaxat.

NOn paruam partium litigantiũ substantiæ seu facultatum ꝑtem examinantiũ totiẽs repetitæ testium examinationes ita ut pene dimidiã aut potiorẽ totius impensæ portionem non nunq̃ absorbeant: Circa quod subditorꝫ idemnitati consulere cupientes: hoc salubri statuimus edicto: ꝙ prædicta preclusione uiæ & aliis pramissis sic ut supra ꝓxime factis deducta per ptes: si quæ admitti petant ad ꝓbãdum & admissibilia fuerint admittant ad ꝓbandum ꝑ testes duntaxat: ita & taliter ꝙ in una causa & in eadem instantia in meritis causæ nõ fiat nec fieri debeat nisi unum examen testium ꝓ qualibet pte super materia ad ꝓbandum admissa: & det per prefatum iusdicentem seu iusdicẽtes partibus seu ꝑti in quaꝝ uel cuius fauorem admissio fiet tres dilationes & quarta cum solemnitate si pars petierit iusdicentesq; ita pro suo mero arbitrio decreuerint & non ulteriores concedant ad examinandũ testes quos examinari facere uoluerit secundũ causarꝫ & ꝑsonarum qualitates & locorꝫ distãtias ꝓut eidem iusdicenti seu iusdicentibus uidebit: Ita tamen ꝙ in termino ultimæ dilationis: uel ante ipsum terminum seu alterum ex ipsis terminis & dilationibus debeat fieri publicatio: qua tunc non facta non det ulterius facultas publicandi. Debentq; huiusmodi examina & testiũ depositiones recipi ꝑ iusdicentem seu alterꝫ ex iusdicentibus: aut ꝑ cõmissariũ siue cõmissarios idoneos & sufficientes per ipsum iusdicentem siue iusdicentes nominandos & deputandos iuxta formam capituli incipientis. Perpetuo statuimus edicto & cetera. Et alterius capituli ĩmediate sequentis incipientis uiam ueritatis ignorantes.

¶Publicatis testibus possint ptes opponere in ꝑsonas & dicta eorum & equidem ad ipsorum reprobationem ponere aut articulare unico termino: & ꝙd ad reprobationem testium fiat duntaxat unicum examen pro qualibet parte: nec detur nisi unica dilatio ad examinandum.

HAVRDA BUDOVICA OHY IMENI M. MECIMKOBA

PVblicatis testibus ac testium attestationibus in causa uel causis examinatorum ptes possint opponere: producere: ponere: uel articulare: contra personas & dicta ipsorum testium unico termino dūtaxat per dictum iusdicentem seu iusdicentes sibi statuendo: & pariter ad ipsorum approbationem producere: ponere uel articulare quæ uoluerint unico alio termino quæ uoluerint dūtaxat per ipsum iusdicentem seu iusdicentes statuēdo: sicq; ad reprobationem & approbationem huiusmodi non fiat nisi unicū examen testium pro qualibet parte seu altera ipsarum siquidem fieri contingat: nec det nisi unica dilatio ad examinandum: Quo facto & publicatis attestationibus testium: uel etiam si nullum fiat examen concludat & renuncietur in causa.

¶Si post præclusionē uiæ ut supra factā. c. ut maiori ptes non petāt sup sui pte deducta ad ꝓbandū admitti assignent ad ius: nec ulterius admittant ad ꝓbandum.

VBi uero post præclusionem uiæ de qua supra dictum est capitulo ut maiori: ptes non peterent sui pte deducta admitti ad ꝓbandum in prima & secunda dietis immediate sequentibus: tunc & eo casu assignet & illas assignari uolumus ad audiendū ius & sentētiam diffinitiuam in causa ferri: nec ulterius admittant ad ꝓbandum: Et si una pars petat sui parte deducta ad ꝓbandum admitti: altera non petente admitti: petita admittant prout supra quæ admissibilia fuerint & parti non petenti deducta ad probandum admitti prædudatur uia quicq; examinandi: nec ulterius in hoc audiatur si postea se admitti ad ꝓbandum peteret sui parte deducta.

¶Qualiter & quando tempora instantiarum causarum ciuilium computari & quæ feriæ ac pariter quæ tēpora ex illis detrahi debeant.

SVper terminis instantiarum causarum ciuilium extra curiam consilii nobiscum: & cum præfato filio nostro duce sabaudiæ residen. coram quibuscuuq; iudicibus uentilantium & uentillandarum tam ex ueteri statuto in capitulo incipiente: Item consilium omnes causas cognoscere & terminare possit: Ex quo etiam ex prædicta generali reformatione dictionis sabaudiæ in capitulo incipiente: Ad causarum ciuilium abreuiationem sub rubrica de terminis instantiarum salubriter uidet esse prouisum. Verum enim super hoc multotiēs dubitari contingat presertim quando partes non comparent die assignata a quo tempore intelligant supersedere a litigando: Si igitur deinceps aliquod dubium oriatur hoc ppetuo statuimus edicto decernimusq; & declaramus: quodamodo in posterum a die assignata inclusiue qua partes comparere debuerint & assignatæ fuerint si eo die non compareāt dicant supersedere & non litigare usq; ad diem qua postea primo comparebunt exclusiue: & illud tēpus de instantia causæ detrahat & detrahi uolumus & iubemus: Decernentes insup q; si dies assignata cadat in diem feriatam: & in sequēti die uel in sequentibus diebus non feriatis partes compareant dies feriata uel dies feriati non detrahant: sed computent & computari debeant de instantia causæ: hoc eodē decreto statuentes q; feriæ pascales & natiuitatis domini pendentes in illis assignationibus in ipsa & de ipsa instantia computent & cōputari debeāt quibuscunq; stilis & statutis: & aliis in cōtrarium facientibus: non obstātibus quibus ex nostra certa scientia: ac ex nostræ plenitudine potestatis quo ad hoc expresse derogamus & super illis dispensamus: Quia uero sæpenumero contingit ex uariis & iustis causis ferias repētinas induci seu concedi longas uel breues p̄ rerum & negociorum occurrentium qualitate ex

f lib. 2 fol 37

quibus si in tempore instantiæ computarent: posset ptibus litigantibus graue prætudiciū generari: Cui merito obuiare cupientes uolumus: statuimus: & iubemus: tempora dictarum feriarum repentinarum in instantiis causarum prædictarum minime computari: sed de illis detrahi debere. Quantum autem ad mensem iudici seu iusdicentibus datum ad acta uisitādum & iudicandum decernimus illum non currere: nisi partibus in iudicio comparentibus: & assignationibus seu dilationibus per iusdicentes datis petentibus.

¶In taxatione: uisione & calculatione expensarum uccent procuratores partium & interfint si uelint audiāturq; in his quæ dicere uoluerint & facta relatione & inde taxatione pars super illarum reuisione ulterius non audiatur: nisi infra decem dies.

QVemadmodum in decidendis causis terminum accelerari sic illis per sententiā diffinitis ne iudicati executio plus debito retardet: q; ex reuisionibus taxationum expensarum plerunque euenire solet pro uiribus eniti operepreciumest: hoc igit perpetuo statuimus edicto: q; in taxationibus expensarum p secretarium uel secretarios scribā uel scribas & alios quibus uisio & calculatio ipsarum expensarum per præfatum iusdicentem seu iusdicētes committet uocari debeāt ꝓcuratores ptium: qui interfint in uisione seu calculatione ipsarum expensarum si uelint interesse: audiāturq; per ipsos secretarios aut alios taxatores coram quibus possint allegare proponere & edocere quæ eis uidebunt. Quare ipsæ expensæ plus uel minus taxari debeant sine tamen quouis litigio: Qui quidem secretarii scribæ seu alii taxatores habita prius ubi dubium emergeret deliberatione cum iusdicente seu iusdicentibus si ita eidem uisum fuerit ad ipsarum expensarum uisionem: calculationem: ac relationem: Ipse uero iusdicens seu iusdicentes ad taxationem procedere debeant: nec ulterius ptes conquerentes seu pars conquerens: aut contra quam ipsæ expensæ taxatæ fuerint audiant: nisi infra decem dies dictam taxam immediate sequentes commissiones ad illas reuidendū obtinuerint & coram ipso iusdicente seu iusdicentibus aut deputandis ꝓduxerint seu ipsam reuisionem fieri postulauerint parte debite uocata: nec unq; nisi semel tantum expensæ ipsæ siue expensarum taxatio reuideat: Si autem expen taxatio huiusmodi fiat in cōtumacia alterius partium ipsius partis absentis aut eius ꝓcuratoris nulla requirat uocatio preterq; citatio seu assignatio ad uidendum huiusmodi taxationem.

faxa expensarum

¶De modo in iniunctionibus fiendis obseruando.

QVoniam rei iudicatæ executio defectu iniunctionum quæ partibus uictis seu condemnatis de parendo iudicato: aut alias fieri mandant cui partium ipsarum interdū difficilis fit apprehensio ꝑsonalis: tum quia latitant: tum etiam quia locum ac patriā aliquādo absentant: tum aliis exquisitis modis multis sæpius retardari uisa est in magnum partiū uictricum præiudicium: hoc perpetuo statuimus edicto q; huiusmodi iniunctiones siue in executione iudicati siue alias fieri mandent debeant fieri in propriam personam eius cōtra quem fieri mandabunt: Si tamen faciliter & cōmode possit personaliter apprehendi: super quo stari debeat relatione executorum. Sin autem in domo suæ solitæ habitatiōis si quā foueat ī ducali dictione mediata uel imediata uel uoce præconis locis & moribus assuetis: Si uero in patria ducali prædicta non foueat domicilium: tunc & eo casu iniunctionem huiusmodi fieri uolumus uoce præconia tantumodo locis & moribus cridari solitis: Decernentes huiusmodi iniunctionem seu iniunctiones quas in defectu predictæ personalis apprehēsio-

HAVRD BIBLIOTEKA OHY IMEHI I. MEЧИКОВА

nis sic ut supra fieri contingeret pleno iure ualere & roboris firmitatem obtinere ac si in pso/
nam eius in quam fieri mandabunt factæ essent iuris & statutoꝝ prædictæ generalis refor/
mationis sabaudiæ dispositione in contrarium forsitan faciente : non obstante sup qua quo
ad hæc ex certa sciētia nostra : ac ex nostræ potestatis plenitudine dispensamus.

¶ Sigillorum & scripturaꝝ emolumenta nisi de illorum solutione p subscriptiones secretariorū & clauariorum in pede litteraꝝ & scripturarū factas appareat taxari & inde a partibus exigi ꝓhibent.

Ausarum & litium abreuiationem ut in præcedentibus capitulis prouisum esse non inepti nec infructuosi laboris existimari fas est. Sed non minus laudabile ad extirpā das subditorum oppressiones circa exactiones emolumentorum sigillorum & scripturarū diuersimode contingentes uulgatissimum quidem & pene cōmune malū pro uiribus eniti: Hoc igit perpetuo statuimus edicto q amodo in posterū nulli plone liceat cuiuscūq; status & gradus conditionis uel præeminentiæ existat de & pro emolumētis sigillorum & scriptu/ rarum quorūcunq; mandatorum. litterarum: actuum iudicialium: ordinationum sentētia/ rum & aliarum quarūcunq; scripturarū a partibus contra quas fiunt seu impetrabunt con/ cedent aut conficient quicquā petere aut exigere: nec pars ipsa contra quam concessæ factæ aut obtentæ fuerint ad ipsoꝝ emolumētorum solutionem quouismodo cogi aut alias artari possit: nisi de ipsoꝝ emolumētoꝝ solutione per subscriptionē secretā seu scribæ ipsoꝝ actuū: mandatorum & scripturarum ac clauarii seu exactorū emolumenti sigilli in pede litterarū ac scripturarū huiusmodi factam ꝓut ad cuiusq; ipsoꝝ officium spectat appareat: & ut cau tius circa hæc consulat eiusmodi sigilloꝝ & scripturaꝝ emolumenta nisi illa ut supra constet esse soluta. prohibemus quouismodo taxari: Si qs enim huic celeberrimo edicto contrafac re uel uenire præsumpserit pœna dupli eius quod exegerit parti læsæ & ulterius centū solido rum fortiū fisco ducali irremissibiliter applicanda ipso facto uice qualibet incurrisse censeat ad cuius quidem pœne realem solutionem more debitoꝝ fiscalium absq; declaratione aut di latione illū peremptorie & precise compelli uolumus & iubemus.

¶ Circa ministrationē & exactionē mingaliæ & expēsaꝝ detentoꝝ & carceratoꝝ ac pariter in modo exigendi pœnas & mulctas ob/ seruent statuta generalis reformationis super hoc edita.

Multorum querimoniis & experientia ipsa exploratum est: subditos ducales media/ tos & imediatos cū in carceribus aut in arresto detinent in & circa ministrationē pa/ riter & exactionem mingaliæ expensis suaꝝ tempore quo detinent presertim pro casibus ci/ uilibus: Item & etiam in modo exigendi pœnas & mulctas incursas atq; commissas quis ex generali reformatione prædicta in hoc saluberrime prouisum sit: plurimi opprimi & graua/ ri adeo ut interdum totas ipsoꝝ facultates ex hoc plerūq; exhauriri uisum sit: Volumus hoc ideo districtissimeq; iubemus & mandamus statuta & capitula super premissis edita & in uolumine dictæ generalis reformationis inserta ad quæ relationem haberi uolumus iuxta il lorum formam omni tergiuersione & excusatione stilloq; consuetudine in contrarium facie/ tibus non obstantibus & penitus reiectis inuiolabiliter ac per integrum obseruari & hoc sub pœnis in dictis capitulis descriptis: & ulterius sub pœna dupli eius quod præter & cōtra for/ mā ipsoꝝ capitulorum fuerit exactum parti læsæ inremissibiliter quotiēs contrafactū fuerit ap/ plicanda & absq; alia declaratione atq; dilatione realiter & in promptu psoluenda ad cuius

solutionem eum qui pœnam ipsam commiserit more debitoꝝ fiscalium peremptorie & pre/ cise compelli iubemus.

¶ Capitula & statuta pro breuiori diffinitione causaꝝ in supremis & generalibus audiētiis diffiniendaꝝ edita.

Et si accelerationi causaꝝ corā quibuscunq; iudicibus seu iusdicētibus uentilātium magno annelamus incombere studio non minore cura: sollicitudine: diligentia de/ bemus eniti: ut causæ in generalibus: ac supmis audiētiis diffiniendæ & decidendæ eo soler/ tius: accuratius uigilātius decidant: quo ad idē tribunal totius ducalis dictionis citra & ul tramōtanæ ultimum atq; supremum locum obtinere: ibidem litesq; ꝓpetuo extīgui. Nec ex inde quouis modo ꝓuocari reclamari: appellari: supplicari: aut recurri debere ducali decre/ to incipiente: Vt nihil in republica nobis deo disponente cōmissa &c. salubriter statutū est: iterum tā ex ipso ducali statuto mensis unicus: uidelicet mēsis maii: aut plus uel minus secū dum causaꝝ occurrētiam: & prout ducalis decreuerit celsitudo ad ipsas generales & supre/ mas audiētias: ānis singulis celebrādas sit stabilitus in eo q summo iudicio omnes ꝓcessus in præcedentibus tribunalibus iudiciis atq; instantiis agitatos & confectos cū omnibus pro/ ductis: & allegatis uisitari: & solerter ruminari atq; discuti oporteat: Ne igit prasidens dele/ gati & assessores ipsaꝝ audientiarum: qui ꝓ tempore fuerint & elligentur tam breue spacū ad earum celebrationem stabilitum in aliis occupationibus praterquam in causis diffinitēdis & sententiis ferendis inutiliter tenere: & occupare habeant: utq; etiam partibus ad deducen da: producenda: proponenda: ꝓbanda: & iustificāda iura sua q ex tam breui termino com/ mode fieri nequiret opportunum habeatur remedium adeo: ut neq; partes tempis angu/ stia: neq; iusdicentes nouarum deductiōum: & productionū occupatione premantur: Sed unicuiq; rei suæ consulatur: Hoc ideo perpetuo: & irrefragabili statuimus edicto: q partes: quæ a sententiis per memoratum ducale consilium nobiscum: & cum prefato filio nostro resi dens latis: & in futurum ferendis: supplicauerunt seu supplicabunt si & ubi post sententias huiusmodi ꝓ ipsum consilium contra se latas in meritis huiusmodi causarum etiam: & alia/ rum quarūcunq; quæ ad ipsum tribunal audientiaꝝ per uiam supplicationis a quibuscunq; sententiis deuoluentur proponere: deducere: producere: & iustificare uoluerint seu intēdant ac pariter partes supplicare teneant: & debeant illa proponere: deducere: ꝓducere: ꝓbare: & iustificare coram magnifico consilio nobiscū seu cum prefato filio nostro residēte: aut aliis commissariis ad ipsaꝝ supplicationes deputandis ante dictarum audientiarum euentum: quibus media causaꝝ huiusmodi supplicationum cōmittentur modis: & formis in prædicto ducali statuto iustificare: & instruere usq; ad sententiam diffinitiuam exclusiue in dictis au dientiis ꝓferenda: ita & taliter q partibus ipsis assignatis ad audiēdum ius seu causas: ip/ sis: ut supra deductis: & exaātis usq; ad carculū ferendæ sentētiæ ꝓ prefatum cōsiliū uel ali/ os cōmissarios ut supra deputādos seu deputatos: Remittant ꝓtes ipsæ ad p̄dictas generales audiētias audituræ ius & sentētiā diffinitiuā fieri sup actis: & iuribus ipsaꝝ partiū nisi tamē prædictæ alteri cōmissæ forent aut cōmitterent tanq̄ in ipsis audientiis decidendæ. in quibus qdem generalibus audientiis partes ipsæ aut ipsaꝝ altera nihil de nouo ꝓponere: deducere: aut ꝓducere possint: nec debeant exceptis dūtaxat actis & iuribus ipsarum causaꝝ in prece dentibus instantiis seu instantia etiam & coram prefato ducali consilio aut aliis cōmissariis in ea parte ut supra deputatis uel deputandis in mediis causarum dictarum supplicatiōum productis: deductis: & propositis ac iuris allegationibus si uoluerint de nouo tradēdis: Su/

HAVNOBAF BIBLIOTEKA BIBLIOTEKA IMIENIA STEFANA WIKOBA

per qbus actis processibus ac iuribus præcedētium instantiarum seu præcedentis instantiæ: & coram dicto consilio seu coram dictis cōmissariis ad merita causarum deputatis: actitatis & factis dūtaxat iunctis tamen allegationibus per partes ut supra tradendis ius dici: & sententiam diffinitiuam ferri debeat: & si per partes aut ipsarum alteram aliquid de nouo produceretur: proponeretur aut deduceretur in ipsis generalibus audientiis aliud quam i præcedentibus instantiis seu coram dicto consilio uel deputatis i meritis causæ deductum: productum uel ꝓpositum fuerit illud non admittatur: sed omnia repellantur. nec partem producentem: deducentem uel proponentem in aliquo releuat & non ualeat.

¶ Proclamatis seu alias denunciatis generalibus audientiis exhiberi debeāt acta etiam iura in manibus præsidentis: & assessorum infra unum mensem post huiusmodi denūciationem uisitanda.

Proclamatis siqdem seu alias teneri denūciatis prædictis generalibus audientiis partes litigantes teneant: & debeant īfra unum mensem īmediate secutur acta: & iura sua portare & tradere dominis præsidenti & assessoribus ipsar audientiar pro illis uisitādis ad sententias ferendas: Et ubi una partium iura sua portauerit: & sic tradiderit dominis præsidenti & assessoribus: Altera uero parte iura sua nō exhibente neq; tradente: possit & ualeat super iuribus & actis per partem traditis & exhibitis ferri sententia ualida: a qua nō sit recurrendum uel prouocādum iuxta formā dicti capituli: Vt nihil in republica. ¶ In taxatiōe autem & uisione seu carculatione expensar: quæ fient seu taxabūtur in ipsis generalibus audientiis seu uigore sententiar: quas in ipsis audientiis ferri contigerit: seruari iubemus modū & formā supius declaratos: & descriptos: cū de expensis p memoratum consilium taxandis actum est.

¶ De modo procedendi in causis ante tempus publicationis huius statuti iam inceptis.

Vm multæ & pene innumerabiles causæ tam primarum instantiar q̄ etiam appellationum: & supplicationum in uariis tribunalibus tam coram consiliis nobiscum chāberiaci & taurini residentibus quā etiam coram cōsiliis illustrium fratrum nostror comitum gebenexii & baugiaci ac aliis qbuscunq; iudicibus seu iusdicētibus in tota patria & ditiōe ducali sabaudiæ: tam mediate q̄ īmediate: & tam citra q̄ ultra mōtes uidelicet existētibus quacunq; auctoritate fungētibus ante tēpus huius edicti statuti: & publicationis eiusdem iam inchoatæ & aliquæ ex his uentilatæ sint: & adhuc in præsentiar pendeant indecisæ: in qbus modus ꝓcedēdi ī præinsertis capitulis traditis: & declaratis minime obseruatus est: Vt itaq; in hoc edicto q̄ in omnibus: & singulis causis prædictis iam inceptis in qbus tamē partes ad audiēdum ius & sententiam diffinitiuam nō sint præsentialiter assignatæ: ex nūc imposter seruent & seruari debeāt modus & termini in prædictis capitulis declarati: In cæteris autem causis in qbus partes litigantes ad audiēdum ius: & sententiam diffinitiuam præsentialiter assignatæ fuerint: uolumus & decernimus eisdem partibus si uoluerint unicū tantū dari terminū & nō ultra: infra quē ꝓponere & allegare debeāt omne id & qcquid ī causis ipsis sic ad ius assignatis utraq; partium ipsar ultra iam deducta ꝓposita & ꝓducta proponere: & allegare uoluerint: & exinde partes ad audiendū ius pemptorie: & p̄cise assignari iubemus nec ex tunc eisdem qcquam ulterius in eadē instantia ꝓponere aut allegare liceat præter allegationes tantūmodo: & ubi contrarium fieri contingat admitti ꝓhibemus: sed uolumus omnino repelli. ¶ In omnibus uero & singulis aliis casibus passibus: & punctis de quibus in

præinsertis capitulis nulla fit mentio specifica formā prædictorum statutorum generalis sabaudiæ reformationis seruari uolumus. nec ꝑ præmissa aut eor aliqua intelligi uolumus aut in aliquo derogari quo minus in causis & iudiciis semp procedatur & ꝓcedi debeat summarie simpliciter: & de plano sine strepitu & figura iudicii sola facti ueritate inspecta secūdum formam predictæ generalis sabaudiæ reformationis.

¶ Publicatio & reformatio capitulor suprascriptor.

Ec nempe capitula nostra atq; statuta suprascripta. Nos ducissa sabaudiæ & tutrix ī exordio ipsor capitulor nominata intimoq; nomine prelibati illustrissimi ac inclytissimi filii nr̄i sabaudiæ ducis p solēnes doctores tam de cōsiliis ducalibus nobiscū chāberiaci: & taurini residentibus: ac partier ex alma uniuersitate nr̄a taurinen̄ aliosq; multos proceres atq; peritos: multis ac iteratis uicibus fecimus sæpius ruminari: corrigi: emendari solerti indagine discuti: uolumus etiam ante illor similem questionem sup eor edictione post diuturnam consultationem proceř consiliariorumq; nr̄or nobiscum ordinarie residentium: & aliorum inferius nominatorum exquirere uota quāplurimorum aliorum prelatorum: & uirorū in utroq; iure peritorum signanter: Reuerendi in christo patris domini Ioannis de uarax antistitis bellicensis ac magnificorum consiliariorum nostrorum siue dilectorum dominor. Antonii campionis præsidentis cōsilii ducalis taurin residentis: Bertrandi de drea præsiden gebenen. Ioannis cleopeti præsidentis bresiæ: necnon uenerandorū dominorum Andreæ gartini uicarii archiepiscopatus maurianensis: quos huius causa propter hoc chamberiaci loco iussimus conuenirent: tandem uero ex communi: & unanimi consilii procerumq; nostrorum ac pariter prænominatorum cōmuni deliberatione matura sanoq; consilio nemine discrepante: sed singulor uniformi uoto in unā eādemq; sententiā concurrente: capitula ipsa in uim perpetui & irrefragabilis edicti perpetui temporibus ualituri solemniter ediximus: & præsentiū tenore sancimus & edicimus ad perpetuāq; rei geste memoriam in uolumine prædictorū statutorum generalis sabaudiæ reformationis inseri & incorporari uolumus & iubemus: Et ut paulatim fiant uniuersis in auditoriis causarum consiliorum nobiscum: & cum prefato filio nostro necnon chāberiaci & taurini residentium ac pariter consiliorum memoratorum gebenexii: & baugiaci uniuersarūq; singularum iudicaturarum & tribunalium totius sabaudiæ dictionis mediatæ & immediatæ tam citra q̄ ultra montanæ: & ubi & ꝓut expedierit publice legi & publicari. ¶ Quæ etiā in memorato tribunali nobiscū residentis consilii in nr̄orum procerum: consiliarior: secretariorum: & alior subnominatorum præsentia populiq; multitudine in auditorio causar ad hoc conuocata organo dilecti fidelis cōsiliarii: & secretarii nostri: & magistri requestarum sabaudiæ. Iacobi lamberti alta & intelligibili uoce legi & publicari fecimus: Ipsa autem capitula post menses duos integros a die fiendæ publicationis eorundem in singulis tribunalibus totius ducalis ditionis citra: & ultra montanæ immediate pariter & mediate continue sequturos: & nō ante uires hēre & roboris firmitatem obtinere debere decernimus. Quæqdem capitula ex tunc ꝑ prefata consilia nobiscum chāberiaci: & taurini residentia necnō cancelarium sabaudiæ & præsidentem: & assessores prædictar generalium audientiar: cōsilia etiam patriarum gebenexii & bresiæ: uniuersos quoq; & singulos iudices & causar auditores ac alios officiarios: & iustitiarios prefato filio nostro mediate & īmediate subditos quacūq; auctoritate fungentes prout ad quēlibet eorum spectauerit iubemus: & mandamus inuiolabiliter & ad unguem obseruari: In quorum omnium robur: & testimonium præsentes litteras per prefatum Iacobum lamberti secretarium: & consiliarium

HAVORBIUS IMPRESSUM OLOMOUCI PO JOHY IMEN. MIKOBA

nostrum ac magistrum requestarū sabaudiæ fieri & confici ac sigilli dominicalis fecimus munimine & roborari. ¶Datum quo ad dictoꝝ capituloꝝ edictionem sanctionem: & cōclusionem in castro ducali chāberiaci die sexta mensis februarii nō subscripto p̄sentibus nobis assistentibus una cum nr̄is infra scriptis cōsiliarius Reuerēdo bellicensi antistite: Magnificisq; & uenerādis uiris iam supius nominatis. Quo autem ad ipsoꝝ capituloꝝ publicationē: & insinuationem: ac ut supra factā in auditorio causaꝝ consilii ducalis chāberiaci residentis: p̄sente insignium uiroꝝ ac peritoꝝ populiq; multitudine: inter quas specialiter ꝓ testibus aderant Magnifici: Spectabiles: generosi: nobiles: & egregij: & circūspecti uiri dn̄i Petrus de sancto michaele cāzellarius sabaudiæ: Ludouicus comes cameræ: & uicecomes maurianæ. Antonius lāberti decanus sabaudiæ: & cantor gebeñ. Gabriel de seisello. Bonifacius de chalant dominus uareti magnus magister ducalis hospicii. Stephanus morelli præsidens memorati cōsilii chamberiaci residētis. Petrus bōiuardi dn̄s barræ. Michael de canalibus. Ioānes blōdeti apostolicus ꝓthonotarius: & in curia romana ducalis ꝓcurator. Glaudius de marchosei magister hospicij ducalis. Ioānes domnerii. Petrus de grādimonte. Philippus cheurerii. Galuadinus piocheti aduocati: hi qdē duo fiscales sabaudiæ. Martinus burgiæ iudex sabaudiæ maior. Guigo de riuoira cōdominus crucis. Glaudius seiturerii dn̄s de como. Ioānes chapusii. Antonius bellerii. Petrus ganteretæ. Girardus de gento. Petrus floreti. Andreas de douris. Ioānes de lestellei iunior duo qdē: hi ꝓcuratores fiscales sabaudiæ. Glaudius perlet. Glaudius dambel prepositus marescalloꝝ: Aliiq; multi tam ecclesiastici: milites: doctores: scutiferi: ducalesq; secretarii: & diuersaꝝ qualitatū uiri. ¶Die sabbati octaua mensis februarij. Anno dn̄i. M. cccclxxvii.

¶Expliciunt Decreta ab Illustrissima dn̄a Yolant: Ducissa & Tutrice. Illustrissimi dn̄i Pphiliberti Sabaudiæ Ducis eius filij: condita.

STATVTA PER ILLVSTRISSIMVM PHILIBERTVM SABAVDIAE DVCEM CONDITA.

¶Quod iuramentum addit forum foro temporali: sicut foro ecclesiastico.

PHILIBERTVS Dux Sabaudiæ &c. Vniuersis sit manifestum. Quod nos pensata utilitate subditoꝝ nr̄oꝝ: & ut ipsoꝝ parcat̄ laboribus & expēsis. Hoc perpetuo statuimus edicto in uolumine statutoꝝ nr̄oꝝ ad eternā rei geste memoriā inserendo. Quod sicut iuramētū addit foꝝ temporale foro ecclesiastico: ex iuris dispositiōe addat foꝝ temporale foro tēporali. Ita uidelicet & dūtaxat q; ratiōe iuramēti in cōtractibus appositi cōtrahentes possint cōuenirī ad obseruantiā iuramēti. Coram cōsiliis nobiscū: chāberiaci & Tauī residētibus: qbuscunq; in contrariū facientibus nō obstantibus. Quibus ex nr̄a certa sciētia motu proprio de plenitudīe potestatis: & qa sic nobis fieri placet derrogamus & derrogatū esse uolumus p̄ p̄sentes. Datas Tauī nobis absentibus qa sic fieri iussimus nostri absentia nō obstāte die qnta mēsis Ianuarij. M. cccclxxx. per dn̄m relatione dn̄oꝝ. Antonii chāpionis cismontani præsidētis. Ioāneti de ualpergia apostolici prothonotarij. Mathei de cōfaloneriis militis capitanei sante Agatæ. Amedei de romagnano prothonotarij apostolici. Io. blondeti apostolici prothonotarij. Dominici de aduocatis. Ludouici de uignate & Petri care aduocati fiscalis cismontani: Cosmas.

¶Reformatio statutorum super causarum acceleratione.

PHilibertus Dux sabaudiæ chablasii & augustæ sacri romani imperij princeps uicariusq; perpetuus: Marchio in italia: Princeps pedemontium: Baro uuaudi: Comes de uillaris: Nicieq; Vercellaꝝ: ac Friburgi &c: dominus. Harum complexus litterarum rem gestam præsentibus recenseat & diro morsu obliuionis expiatam futuris memorabiliter cōmēdet q̄admodum humanis gradatim uiribus exploratis: animi superest potentia: quam licet teneram agamus ætatem peritoꝝ queritamus ad modum inuiti cōsilio: ut nostræ nedū quin etiam reipublicæ particulariq; saluti: & fauorabiliter inhesisse: & a puerilibus proculdubio uideamur discessisse: uirilibus non nunq̄ actibus incombentes: q̄q̄ & enim bonæ memoriæ Illustrissima domina Yolant de francia sabaudiæ ducissa christianissimoꝝ franciæ regū primogenita & soror: genetrix ac tutrix nostra honorandissima quondam nostri & nostroꝝ pruigilem curam gerens nōnulla statutoria capitula: consilii deliberatione matura numero uiginti laudabiliter condiderit statutis generalis sabaudiæ reformationis per inclitæ recordationis Illustrissimum dominum Amedeum primum sabaudiæ ducem abauum nostrum quondam priusq̄ papali ingereē dignitati salubriter æditis cōnumerāda: quæ & sanctissima forēt litiū q̄ plurimum abreuiatiua: & in fauorē pauperꝝ potissime introducta. Verūtamē ex post patefacta innotuit expientia eadē anteq̄ in consuetudinem ducerent obseruatā lites nequaq̄ breuiare: Imo uerius lites de litibus uarias generare peneq; illas reddere īmortales: & in pauperum grauamen ꝓ maximum: quoꝝ fauori ædita putabantur insallibiliter succedere: Quapp̄ter subditoꝝ nr̄oꝝ tanta in futuꝝ mala ut par est: merito uolens præcauere huiusmodi capitulis rigorosa iuris disputatione rationabili admixta æquitate ꝓ omnes iuris peritos: in hoc insigni opido chamberiaci præsentialiter cōmorātes in relatione p̄sertim subscripta nominatos examinatis ac plenarie discussis uotis quoq; eoꝝ unanimiter habitis. Ex nr̄is certa sciētia motuq; ꝓprio ac de nostræ plenitudīe potestatis amplissima etiam ꝓceꝝ & cōsiliarioꝝ nr̄oꝝ deliberatione præhabita: capitula huiusmodi statutoria reformantes modificando qualificādo: addendo: minuendo: moderādo: ac singulis ad singula relatis reparando: Hoc ꝓpetuo: & irrefragabili statuimus edicto: prout & quēadmodum in capitulis seriatim subscribitur.

¶Quod procuratores quarūcunq; partium debeant rite fundare iudicium terminis in sequenti capitulo comprehensis.

NE iudicium reddatur illusorium hoc perpetuo statuimus edicto. Quod ꝓcuratores quorūcunq; actoꝝ in causis qbuscunq; coram quibuscūq; tribunalibus: & iudicibus seu iudicentibus in tota dictione sabaudiæ tam citra & ultra mōtana: & tam mediata q̄ īmmediata ubicunq; ac qualitercunq; uentilantibus: & de cætero uentilandis debeant & teneantur in prima: aut saltem in secūda dieta iudicium rite fundare: & ꝓcuratores reoꝝ in alia sequenti dieta post legitimā comparitionem actoris alias in expensis condēnetur: nec ulterius illegitime compareant. Sub pœna sexaginta solidoꝝ fortium ꝓ quemlibet non obtempantem uice qualibet cōmittenda: & fisco nostro applicanda: ac exigenda anteq̄ admittatur ulterius ad comparendum in eadem instantia.

¶Quod nulli ꝓcuratori liceat tradere aliquas cedulas uel dictamīa nisi sint signatæ manu aduocati: etiam supplicationes in uim petitiōis uel libelli.

SOlent plerūq; partes litigātes defectu patrocinātium ꝓcuratoribus p̄sertim: qui iura non norunt ad dictamina se ingerentibus suis iuribus frustrari: & ab optimis causis nonnunq̄ succumbere; Hoc igitur statuto ꝓhibemus ne unq̄ procuratorū: & causidicorum

HAVORA BIBLIOTEKA OHY imeni V. I. MEŠTRUKOVA

liceat offerre uel tradere aliquas cedulas uel dictamina in causa uel causis in quibus comparebunt nisi sint signatæ manu alicuius aduocati noti & praticare soliti graduati uel licentiati in aliqua uniuersitate: nec eas subscribi seu subsignari facere per uidi: Et hoc sub pœna pari premissæ ut supra proxime committenda applicanda & exigenda per ꝓducentem exsoluenda. Et nihilominus huiusmodi cedulæ: & dictamina si iam non sint sic ut supra signatæ: nõ admittantur sed repellantur: & non ualeant: Ita etiam ꝙ supplicationes in uim petitionis uel libelli in quocunq; iudicio non admittantur: sed omnino repellantur: nisi sint prout supra signatæ: etiam si ex post signarentur uel subscriberentur.

De iuramento calumniæ & modo circa illud obseruando.

CVm sæpenumero super iuramẽto calumniæ contingat sub dolis uersutiis alterã partem ab altera multotiens decipi: quo euenit ut partes ipsæ grauibus premantur expẽsis: ne igitur de cætero super hoc dubium oriatur: hoc perpetuo statuimus edicto: ꝙ omissio ipsius iuramẽti calumniæ generalis super tota causa quãtũcunq; fuerit præstari petitum nullo modo debeat nec intelligat processum reddere nullũ. Et si iudice seu iudicibus: aut iusdicentibus iubente seu iubentibus expresse partem iurare: pars ipsa recuset: talis recusans datis sibi ad id duabus dilationibus comminatoriis: seu duobus iussibus: aut uno iussu & una comminatione in personam ꝓpriam: aut in personam sui procuratoris pœnam iuris incurrat. Quod qdem iuramentũ actor seu supplicãs: aut appellans in sua assignatione si sua putauerit interesse præstet id præstare possit: Et per partem ream supplicatam seu appellatã præstari reqrat. Reus autem siue supplicatus aut appellatus in secunda dilatione seu assignatione proponendo exceptiones suas pariter si sua putauerit interesse iuret de calumnia: Et si per actorem supplicantem aut appellantem iurari postulet si prius non fuerit iuratum. Et ex huiusmodi iuramento post prædictas assignationes petito: licet præstitũ non fuerit: nullũ partibus afferri præiudicium uolumus: non obstante iuris dispositione in contrarium disponẽte: sup qua ex certa scientia nostra: ac ex nostræ potestatis plenitudine quo ad hæc dispẽsamus: & illius rigorem hoc decreto mitigamus.

¶In causis interloqui uel ordinari nulli petere liceat: nisi in scriptis per patronum causæ.

vide in statuto Lucissa y olano capsolim fol. 83 lib. 5.

CRustratorias & inutiles expensas partibus litigantibus utplurimum laboris iusdicentibus afferre exploratum est in interlocutoriis & ordinationibus sine iusta causa insistendo: Statuimus igitur hoc edicto perpetuo: ꝙ amodo nulli ꝓcuratori liceat petere ordinari uel interloqui in causa uel causis in quibus comparebũt: nisi in scriptis hoc ꝓponat per patronum causæ cedulando cum insertiõe causarum ꝓpter quas ita petatur ordinari: Et hoc sub pœna sexaginta solidoꝝ fortium per contrafacientem committenda & fisco nostro applicanda & exigenda. Vbi autem ordinari uel interloqui contingat seruari uolumus formã capituli incipientis. Ad friuolas exceptiones &c.

¶De modo seruando contra oppositiones: quas contra instrumenta prædicta quo ad formam extrinsecam fieri contingit.

CT si sup oppositionibus: quas in iudiciis sæpenumero fieri contingit: contra instrumẽta: quæ producunt expedita generali reformatione ducalis sabaudiæ dictionis in capitulo incipiente quãdo iudici &c. Sub rubrica qualiter iudex procedere debeat &c. debitus modus sit stabilitus: quia tamen ex oppositionibus: quæ i instrumenta huiusmodi presertim quo ad formã extrinsecam fiunt: causas multum protellari partesq; producentes ad modum

grauari sæpius exploratum est: ut cauilosis obiectionibus uia præcidatur. & causaꝝ acelerationi consulat partiumq; laboribus parcat & expensis prædicto capitulo incipiente. Quando in iudicio & cetera. Addicientes. hoc ꝓpetuo statuimus edicto. ꝙ quotiẽscunq; aliquod instrumẽtum amodo fuerit in iudicio ꝓductum nõ subscriptũ manu notarii: qui illud subscripsit & signauit dũmodo ipse notarius in eius subscriptione asserat ipsum instrumentum se recepisse: & illud manu sua propria debite subscripserit & signauerit: eo non obstante ꝙ sit aliena manu scriptum: nihilominus eidem instrumento fides adhibeat: & quo ad formã extrinsecam pro quolibet habeat: Sicq; haberi uolumus & decernimus: quibuscunq; oppositionibus in contrarium factis & fiendis: non obstantibus. Cæterum si & ubi instrumẽtum aliquod in iudicio productum ex alienis prothocollis fuerit leuatum uirtute cõmissionis assertæ illi qui ipsum instrumẽtum leuauerit factæ si pars contra quam productum erit nõ opponat specifice & expresse in primo termino sibi assignato ad opponendum cõtra ipsum instrumentum non constare de commissione huiusmodi: nihilominus eidem instrumento sic producto plenam fidem adhiberi uolumus & decernimus. & nõ obstante ꝙ in ipso instrumento non sit inserta commissio prædicta nec de illis fides facta.

¶Si in secunda dilatione cõminatoria data ad respondendum positionibus non fuerit illis responsum ꝓnunciẽt ꝓ confessis.

CIffugii materiam nonnunq; prebere uisum est tot numero dilationes ad respõdendũ positionibus a iudicibus impartiri. Statuimus itaq; hoc edicto perpetuo ꝙ actori siue reo aut alteri cuicunq; contra quam positiones fuerunt ꝓductæ uel in futurũ ꝓducẽtur per iusdicentem siue iusdicentes detur una dilatio ad respondendũ ipsis positionibus: & ultra eam aliæ due: quelibet earum cum comminatione: ꝙ alias ipsæ positiones habebunt ꝓ confessis. Et si sic citatus uel assignatus respondere in altera dictarum triũ dilationum eisdẽ positionibus non responderit: aut causam uel causas in scriptis dictamine aduocati in contrarium non ꝓposuerit: tunc & eo casu positiones ipsæ haberi debeant ipso iure pro cõfessis: ac si per eũdem forent confessæ: & ita ꝓnunciẽt: & hec reformatio locũ habeat in causis in quibus nundum est sup hoc ordinatum: nec teneat quis ꝑsonaliter respõdere positionibus: nisi per ponentem illas ꝓducendo ꝑsonaliter: aut ꝓcuratorẽ instructũ assertæ fuerint: quo casu ponẽte hoc petẽte assignet pars ad ipsis positionibus ꝑsonaliter: uel ꝓ ꝓcuratorẽ instructum respondendũ eidem dando dilationes & comminationes ꝓut supra dictum est.

¶Publicatis testibus possint partes opponere in personas & dicta eorũ: & equidem ad ipsoꝝ approbationẽ ponere: aut articulare unico termino: & ꝙ ad reprobationem aut approbationem testium fiat dũtaxat unicũ examen pro qualibet parte nec detur nisi unica dilatio ad examinãdũ.

CPublicatis autem testium attestatiõibus in causa uel causis examinatoꝝ ꝑtes possint opponere: producere: ponere: uel articulare contra ꝑsonas & dicta ipsorum testium unico termino dũtaxat: & per dictum iusdicentem seu iusdicentes sibi statuendo & pariter ad ipsoꝝ approbationem producere: ponere: uel articulare quæ uoluerint unico alio termino dũtaxat per iusdicẽtem seu iusdicentes statuendo: sic ꝙ ad reprobationem & approbationem huiusmodi non fiat nisi unicum examen testium pro qualibet ꝑte seu altera ipsarũ si quod fieri contingat: nec detur nisi unica dilatio ad examinandum.

¶Si partes non peterẽt sui ꝑte deducta ad ꝓbandum admitti assignent ad proponendum: nec ulterius admittant ad ꝓbandum in eadem instãtia.

HAVRDOVA FIDEI KNIHOVNA OHY imeni I. I. MEDVIKOBA

MBi uero ptes non peterent ſui pte deducta admitti ad ꝓbandum in prima aut ſecunda dieta ĩmediate ſequentibus: tunc & eo caſu aſſignenẽ & aſſignari uolumus unico termino ad ꝓponendum in iure & in facto: quibus non ꝓponentibus ad ius aſſignenẽ: nec ulterius admittantur ad ꝓbandum in illa inſtantia: & ſi una pars petat ſui pte deducta ad ꝓbandum admitti: altera non petente admitti: petita admittanẽ prout ſupra: quæ admiſſibilia fuerint: & parti non petenti deducta ad ꝓbãdum admitti præcludat̃ uia quicq̃ examinandi: nec ulterius in hoc audiat̃ ſi poſtea ſe ad ꝓbandum admitti peteret ſui pte deducta: ut ſupra in eadem inſtantia.

¶ Qualiter & quomodo tempora inſtantiarum cauſarꝫ ciuilium cõputari: & quæ feriæ: ac pariter quæ tempora ex illis detrahi debeant.

SVper terminis inſtantiarꝫ cauſarum ciuilium extra curiam conſilii nobiſcũ reſidentis coram quibuſcunq; iudicibus & iuſdicentibus uentilantium & uentilandarum: tam ex ueteri ſtatuto: in capitulo incipiente. Item conſilium omnes cauſas ſuas cognoſcere & terminare poſſit &c. Quam etiam ex prædicta generali reformatione dictionis ſabaudiæ in capitulo incipiẽte: Ad cauſarum ciuilium abreuiationem &c. Sub rubrica de terminis inſtantiarũ &c. Salubriter uideẽ eſſe prouiſum: Verum cum ſup hoc multotiẽs dubitari contingat: preſertim quando partes non compareant die aſſignata: a quo tempore intelligant̃ ſupſedere a litigando. Ne igit̃ ſup hoc deinceps dubium aliquod oriat̃: hoc perpetuo ſtatuimus edicto: decernimuſq; & declaramus: ꝙ amodo in poſterũ a die aſſignata ĩcluſiue quãdo partes comparere debuerint & aſſignatæ fuerint ſi eodem die non compareant excluſiue ꝙ illud tempus de inſtantia cauſæ detrahat̃ & detrahi uolumus & iubemus. Decernẽtes inſuper ꝙ ſi dies aſſignata cadat in diem feriatã: & in ſequenti die uel in ſequẽtibus diebus nõ feriatis ptes cõpareant: dies feriata uel dies feriati non detrahant̃: ſed computent̃ & computari debeant in inſtantia cauſæ: Hoc etiam decreto ſtatuentes ꝙ feriæ paſcales & natiuitatis dominicæ pendentibus in illis aſſignationibus in ipſa & de ipſa inſtantia computent̃ & computari debeant: quibuſcunq; ſtilis & ſtatutis: ac aliis in contrarium facientibus non obſtantibus: Quibus ex noſtra certa ſcientia & ex noſtræ plenitudine poteſtatis: quo ad hæc exp̃ſe derogamus & ſup illis diſpenſamus. Quia uero ſæpenumero contingit ex uariis iuſtis cauſis ferias repentinas induci ſeu concedi: longas uel breues ꝓ rerum & negociorꝫ occurrẽtium qualitate: Ex quibus ſi in tempore inſtantiæ computarent̃: poſſet ptibus litigantibus graue præiudicium generari: cui merito obuiare cupientes uolumus: ſtatuimus: & iubemus tempora dictarum feriarum repentinarum in inſtãtiis cauſarꝫ prædictarum minime computari ſed de illis detrahi debere: ac etiam ferias ruſticales in tribunalibus locorꝫ in qbus ſunt ſolitæ obſeruari. Quãtum autem ad menſem iudici ſeu iuſdicentibus datum ad acta uiſitãdum: & iudicandũ decernimus illum non currere niſi ptibus in iudicio comparẽtibus: & aſſignationibus ſeu dilationibus ꝓ iuſdicẽtes datis petentibus.

¶ In taxatione uiſione & carculatione expenſarꝫ uocent̃ ꝓcuratores partiũ: & interſint ſi uelint audianturq; in his quæ dicere uoluerint: & facta relatione: & inde taxatione: pars ſuper illarum reuiſione ulterius non audiatur niſi infra decem dies.

QVemadmodum in decidendis cauſis terminum accelerari: ſic illis per ſententiã diffinitis ne iudicati executio plus debito retardeẽ: quod ex reuiſionibus taxationum expenſarum plerũq; euenire ſolet pro uiribus eniti opere precium eſt: hoc igit̃ perpetuo ſtatui-

mus edicto: ꝙ in taxationibus expenſarꝫ per ſecretarium uel ſecretarios ſeu ſcribam uel ſcribas & alios: qbus uiſio & carculatio ipſarꝫ expenſarꝫ per prefatum iuſdicentem ſeu iuſdicentes committeẽ uocari debeat ꝓcuratores ptium: qui iterſint in uiſione ſeu carculatione ipſarꝫ expenſarum ſi uelint intereſſe audianturq; per ipſos ſecretarios aut alios taxatores corã quibus poſſint allegare & edocere quæ eis uidebunt̃: Quare ipſæ expenſæ plus uel minus taxari debeat̃ ſine tamen quouis litigio. Qui quidem ſecretarii ſcribæ ſeu alii taxatores habita prius ubi dubium emergeret deliberatione cum iuſdicẽte ſeu iuſdicentibus: ſi ita eidem uiſum fuerit ad ipſarum expenſarum uiſionem carculationem ac relationem. Ipſe uero iuſdicens ſeu iuſdicentes ad taxationem procedere debeant: nec ulterius partes comparentes ſeu pars comparens: aut cõtra quam ipſæ expenſæ taxatæ fuerint audiant̃: niſi infra decem dies dictam taxam immediate ſequentes: commiſſionem ad illas reuidendum obtinuerit: & corã ipſo iuſdicente ſeu iuſdicentibus: aut deputandis produxerit ſeu ipſam reuiſionem fieri poſtulauerit parte debite uocata nec unq̃ niſi ſemel tantũ expenſæ ipſæ ſeu earꝫ taxatio huiuſmodi fiat in cõtumaciã alterius partium ipſius ptis abſentis: aut eius ꝓcuratoris nulla requirat̃ uocatio p̃terq̃ citatio ſeu aſſignatio ad uidendum huiuſmodi taxationẽ.

¶ De modo in iniunctionibus fiendis obſeruando.

QVoniam rei iudicatæ executio defectu iniunctionum quæ ptibus uictis ſeu cõdemnatis de parendo iudicato: aut alias fieri mandant̃ cum partium ipſarꝫ interdum difficilis ſit apprehenſio perſonalis: tum quia latenter: tum etiam quia locum etiã patriam aliquãdo abſentant: tum multis aliis exquiſitis modis ſæpius retardari uiſa eſt in magnũ partium uictricũ ꝓiudiciũ: hoc perpetuo ſtatuimus edicto: ꝙ huiuſmodi iniunctiones ſiue in executionem iudicati: ſiue alias fieri mãdent̃ debeat̃ fieri in ꝓpriã ꝓſonã eius cõtra quẽ fieri mãdabunt̃: ſi tamen faciliter & cõmode poſſit ꝓſonaliter apprehendi: ſup quo ſtare debeat relationi exequutoris: Si autem in domo ſuæ ſolitæ habitationis ſi quam foueat in dictione noſtra mediata uel ĩmediata & uoce præconis in loco ubi lata fuerit ſnĩa uel decreta iniunctio: & aliis locis & moribus aſſuetis: Si uero in patria noſtra prædicta non foueat domicilium: tũc & eo caſu iniunctionẽ huiuſmodi fieri uolumus in loco ubi lata fuerit ſnĩa: uel decreta iniunctio uoce præconia tantũmodo locis & moribus cridari ſolitis. Decernẽtes huiuſmodi iniunctionem ſeu iniunctiones quas in defectu predictæ perſonalis apprehẽſionis ſic ut ſupra fieri contigerit pleno iure ualere & roboris firmitatem obtinere: ac li in ꝓſonã eius in quem fieri mandabunt̃ factæ eſſent: iuris & ſtatutorꝫ prædicta generalis reformationis ſabaudiæ diſpoſitione in contrariũ forſitan faciẽte non obſtante: ſuper qua quo ad hæc ex noſtra certa ſcientia & ex noſtræ ptãtis plenitudine diſpenſamus.

¶ Sigillorꝫ & ſcripturarũ emolumenta niſi illorꝫ ſolutione ꝓ ſubſcriptiões ſecretariorꝫ & clauariorum in pede lr̃arum & ſcripturarum factas appareat taxari & inde a ptibus exigi prohibeẽ.

GAuſarum & litium abreuiationi ut in præcedentibus capitulis prouiſum eſſe nõ inepti nec infructuoſi laboris eſtimari fas eſt: ſed non minus laudabile ad extirpandas ſubditorꝫ oppreſſiones circa exactiones emolumentorꝫ ſigillorꝫ & ſcripturarꝫ diuerſimode cõtingentes uulgatiſſimum qdem & pene commune malũ pro uiribus eniti. Hoc igit̃ perpetuo ſtatuimus edicto: ꝙ amodo in poſterũ nulli perſonæ liceat cuiuſcunq; gradus ſtatus cõditionis uel eminentiæ exiſtat: de & pro emolumentis ſigillorum & ſcripturarum quorũcũq;

HAVORSKY PHILOSOPHY IMPRINT. VYDAVATELSTVÍ KOBA

mandatorum lrarum actuum iudicialium: ordinationum: sententiarū & aliarū quarūcunq; scripturarum a ptibus contra quas fient seu impetrabunt concedent aut conficient quicq; petere aut exigere: nec pars ipsa contra quā concessa facta: aut obtentæ fuerint ad ipsorū emolumentorum solutionem quouis modo cogi aut alias arctari possit: nisi de ipsorū emolumētorum solutione per subscriptionem secretarii seu scribæ ipsorum actuum mandatorū & scripturarum: ac clauarii seu exactoris emolumēti sigilli in pede lrarum & scripturarum huiusmodi facta put ad cuiusuis ipsorum officia spectat appareat. Et ut cautius circa hæc consulatur eiusdem sigillorū & scripturarum emolumenta: nisi illa sint ut supra cōstet esse soluta prohibemus quouismodo taxari. Si quis autem huic saluberrimo edicto contrafacere uel uenire præsumpserit pœnā dupli eius quod exegerit parti læsæ: & ulterius centum solidorū fortium fisco nostro irremissibiliter applicandā ipso facto uice qualibet incurrisse censeat. Ad cuius qdem penæ realem solutionem more debitorū fiscalium absq; alia declaratione: aut dilatione illum peremptorie & precise compelli uolumus & iubemus.

¶ Circa ministrationem & exactionē misalliæ: & expensarum detētorū & carceratorū: & pariter ī mō exigēdi pœnas & mulctas obseruent statuta generalis reformatōis sup hoc ædita.

MVltorum querimoniis & experientia ipsa exploratum est subditos nostros mediatos & imediatos: cum in carceribus: aut in arresto detinent in & circa ministrationē pariter & exactionem misalliæ & expensarū suarū tempore quo detinent: presertim pro casibus ciuilibus: Item & etiā in modo exigendi pœnas & mulctas incursas atq; commissas: quis ex generali reformatione prædicta saluberrime puisum sit plurimum opprimi & grauari: adeo ut iterū totas facultates ipsorū ex hoc plerūq; exhauriri uisum sit: Volumus hoc ideo districtissimeq; iubemus & mandamus statuta & capitula super præmissis ædita: & in uolumen dictæ generalis reformationis inserta ad quæ relationem haberi uolumus iuxta illorū formā omni tergiuersatione: ac excusatione stiloq; seu consuetudine in contrariū facientibus: non obstātibus & penitus reiectis inuiolabiliter & per integrū obseruari: & hoc sub pœnis in dictis articulis descriptis: Et ulterius sub pœna dupli eius quod præter & contra formā ipsorū articulorū fuerit exactum parti læsæ irremissibiliter quotiens contrafactū fuerit irremissibiliter applicāda. & absq; alia declaratione: atq; dilatione realiter & in promptu persoluenda. Ad cuius solutionem eū qui pœnā ipsam commiserit more debitorū fiscalium peremptorie & precise compelli iubemus.

¶ Capitula & statuta pro breuiori diffinitione causarū in supremis & generalibus audiētiis diffiniendarū ædita.

ET si accelerationi causarū corā quibuscunq; iudicibus seu iusdicētibus uentilātium magno annelamus incombere studio non minore cura: solicitudine: & diligētia debemus eniti: ut causæ in generalibus: ac supremis audiētiis diffiniendæ & decidendæ solertius accuratius ac uigilātius decidant: quo idē tribunal totius sabaudiæ dictionis citra & ultramōtanæ ultimum atq; supremū locum obtinere: ibidemq; lites perpetuo extingui: ne ex inde quouis modo pcurari reclamari: appellari: supplicari: aut recurri debere ducali decreto incipiente: Vt nihil in republica nobis deo disponente cōmissa &c. salubriter statutū est: uerum enim ipso ducali statuto mensis unius: uidelicet mensis maii: aut plus & minus secūdum causarū occurrētiam: & prout ducalis decreuerit celsitudo ad ipsas generales & supremas audiētias: ānis singulis celebrādas sit stabilitus in eoq; supremo iudicio omnes pcessus

in præcedentibus tribunalibus iudiciis atq; instantiis agitatos & confectos cum omnibus pductis & allegatis uisitari & solerter ruminari atq; discuti oporteat: ne idem præsidens: delegati & assessores ipsarū audientiarū qui pro tempore fuerint & eligent: tam breue spaciū ad earū celebrationem stabilitum in aliis occupationibus præterq; in causis diffiniendis & sentētiis ferendis inutiliter terrere & occupare habeant: utq; etiā ptibus ad deducenda: pducenda: pponenda: pbāda & iustificāda iura sua: q; eo tā breui termino commode fieri requiret oportunum adhibeat remediū: adeo ut neq; partes temporis angustia: neq; iusdicentis nouarum deductionum & pductorum occupatione premant: sed unicuiq; rei summæ consulatur. Hoc igitur perpetuo & irrefragabili statuimus edicto: q; ptes quæ a sententiis per memoratum cōsilium residens latis & in futurum ferendis supplicauerint seu supplicabunt & puocabunt: Si & ubi post sententias huiusmodi per ipsum cōsilium contra se latas: & ī meritis huiusmodi causarū etiā & aliarum quarūcunq; quæ ad ipsum tribunal audientiarū per uiā supplicatōis a qbuscunq; sententiis deuoluent proponere: deducere: producere: & iustificare uoluerint seu intendant: ac pariter partes supplicatæ teneantur: & debeant illa proponere: deducere: producere: portare: & iustificare coram prefato nobiscum residente consilio: aut aliis cōmissariis ad ipsarum supplicationes deputandis ante dictatum audientiarū euentum: Quibus media causarum huiusmodi supplicationum cōmittentur modis & formis in prædicto ducali statuto super hoc edicto declaratis: Ipsasq; supplicationum causas plene iustificare & instruere usq; ad sententiam diffinitiuam exclusiue in dictis audientiis pferendā: Ita & taliter q; partibus ipsis assignatis ad audiendum ius seu causis ipsis ut supra deductis & examinatis usq; ad carculum ferendæ sententiæ per prefatum consilium uel alios commissarios ut supra deputatos remittantur partes ipsæ ad prædictas generales audientias: audituræ ius & sententiam diffinitiuam ferri super actis & iuribus ipsarum partium: nisi tamen causæ prædictæ alteri commissæ forent: aut committerētur tanq; in ipsis audientiis decidendæ: In quibus quidem generalibus audientiis: partes ipsæ aut earum altera nihil de nouo proponere deducere: aut producere possint nec debeant: exceptis duntaxat actis & iuribus ipsarum causarum in præcedentibus instātiis seu instantia etiam: Et coram prefato consilio nostro aut aliis commissariis in ea parte ut supra deputatis uel deputandis in mediis causarum dictarum supplicationum productis deductis & propositis ac iuris allegationibus si uoluerint de nouo tradendis. Super quibus actis processibus & iuribus præcedentium instantiarum: seu præcedentis instantiæ: & coram dicto consilio: seu coram dictis commissariis ad media causæ deputatis actitatis & factis duntaxat: iunctis tamen allegationibus per partes ut supra tradentis ius dici ac sententia diffinitiua ferri debeat: Et si per partes aut ipsarum alteram aliquid de nouo produceretur proponeretur: aut deduceretur in ipsis generalibus audientiis q̄ in præcedentibus audientiis seu coram dicto consilio uel deputatis in mediis causæ productum deductum uel propositum fuerit illud non admittatur sed omnino repellatur: nec partem producentem deducentem uel proponentem in aliquo releuet & non ualeat.

¶ Proclamatis seu alias denunciatis generalibus audientiis exhiberi debeat acta & iura in manibus præsidentis: & assessorū infra unum mēsem post huiusmodi denunciationem uisitanda.

HAVOBA BIBLIOTEKA
Digitalny imagerium UMKOBA

PRoclamatis ſiquidem ſeu alias teneri denunciatis prædictis generalibus audientiis partes litigantes teneantur & debeant infra unum menſem immediate ſequuturum acta & iura ſua portare: & tradere dominis præſidenti: & aſſeſſoribus ipſarum audientiarum pro illis uiſitandis ad ſententias ferendum: Et ubi una partium iura ſua portauerit: & ſic tradiderit dictis dominis præſidenti & aſſeſſoribus. Altera uero pte iura ſua non exhibente neq; tradente poſſit & ualeat ſuper iuribus & actis per partem traditis & exhibitis ferri ſententia ualida a qua non ſit recurrendum uel prouocandum iuxta formam prædicti capituli incipientis: ut nihil in republica &c. In taxatione autem & uiſione ſeu carculatione expenſarum que fient ſeu taxabunt̃ in ipſis generalibus audientiis ſeu uigore ſententiarum quas in ipſis ferri contigerit ſeruari iubemus modum & formam ſuperius declaratos & deſcriptos cum dependentibus per memoratum conſilium taxandis actum eſt. ¶ Quintum uero ſextum nonum decimum & uigeſimum capitulorum præmẽtionatorum per prelibatam genitricem ac tutricem noſtram quondam ut præmittit̃ conditorũ totaliter repellimus & reſecamus: Ac in caſibus punctiſq; & paſſibus in illis expſſis ac cæteris de quibus in præinſertis capitulis nulla fit mentio ſpecifica formã prædictorum ſtatutorum generalis ſabaudiæ reformationis ſeruari uolumus. nec præmiſſa aut eorũ aliqua intelligi uolumus aut in aliquo derogari quo minus in cauſis & iudiciis ſemp procedatur & ꝓcedi debeat ſummarie ſimpliciter: & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii ſola facti ueritate inſpecta ſecũdum formam predictæ generalis ſabaudiæ reformationis.

COnſiliis nobiſcum chamberiaci & taurini atq; in comitatibus gebennarum & aucigniaci: breyſſiæ ac baugiaci reſidentibus: uniuerſiſq; ac ſingulis aliis iudicibus: ac cauſarꝝ auditoribus totius patriæ nr̃æ citra & ultramontanæ nobis tam mediate q̃ immediate ſubmiſſis præſentibus & futuris ubilibet conſtitutis quauis auctoritate fungentibus ipſorum etiam uicegerentibus: ac cuilibet eorũdem inſolidum prout eius tempori ſuberit & oneri diſtrictius: quæ poſſumus committendo mandantes quatenus huiuſmodi edictum: ſtatutaria capitula ſuperius deſcripta: Et has noſtras lr̃as in ſingulis ſuis paſſibus & punctis nihil de contingentibus omittendo de cætero in perpetuum teneãt & inuiolabiliter obſeruent: & per quoſcunq; illeſe faciant obſeruari: in nulloq; contraueniãt quomodolibet uel opponãt: quinimo in auditoriis ſuis ſingula ſingulis referendo legi faciãt debiteq; publicari: quas & quæ ad ꝑpetuã rei geſtæ memoriã in uolumine alioꝝ ſabaudiæ ſtatutoꝝ inſeri: ac incorporari deniq; iubemus lr̃is mandatis ſtatutis edictis: ac cæteris in contrariũ faciẽtibus & adducẽdis: nõ obſtãtibus quibuſcũq;. Quibus ex dictis noſtris certa ſciẽtia motu ꝓprio ac plenitudine ꝑtãtis: quo ad hæc derogamus etiam abſq; alterius expectatõe mãdati.

7 augusti 1480

¶ Datum chamberiaci die decimaſeptima mẽſis auguſti. Anno domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo. Per dominum præſentibus dominis: Petro de ſancto michaele: cãzellario ſabaudiæ. Antermo domino Miolani Mareſcallo. Ludouico comite chalandi. Vrbano abbate ſtamedei. P. de grolea domino deſlins. A. de plozaſco præſide. Bonifacio domino uareti. Oldrado canauoſii. Ioanne domnerii: Philippo chiurerii: Antonio bollerii. Glaudio piocheti Iudice ſabaudiæ maiore. Glaudio de uerdone Iudice tarẽtaſiæ. Marco de guaſtamilliis. Iacobo nouonis. Franciſco de puteo. Antonio maſſoneti. Paulo de capris. Gabrielle chaboda. Franciſco uincentii. Glaudio de auriliaco. Ruffino de muris generali. Iacobo lamberti magiſtro requeſtarũ. Alexãdro richardonis generali Theſaurario. Fauyer.

Laus Deo.

STATVTA PER ILLVSTRISSIMVM KAROLVM SABAVDIAE DVCEM CONDITA.

¶ Confirmatio ſtatuti per Duciſſam Yolant ꝛditi: & poſiti ſub Rubrica: Statutum ſuper alienatione bonorum feudalium.

KAROLVS Dux Sabaudiæ &c. Vniuerſis Serie præſentiũ facimus manifeſtum. Quod nos uiſis & per conſilium nobiſcum reſidens de noſtri mandato ſolerter uiſitatis lr̃is priuillegii his annexis. Quarũ tenore ipſius conſilii relatione audita liquide percepimus profecto illas lr̃as merito ratas & gratas habemus. Maxime qdem ubi pietatem: æquitatem: præſeruationem q; ac tranqlitatem pariter: & incremẽtum benedilectorum fidelium dicionis noſtræ citramontanæ Salubriter atq; religioſe cõtinuari uident̃. Matura igit̃ dicti conſilii ſup his deliberatione pra habita. Eaſdẽ lr̃as & priuilegium in ſuis ſingulis paſſibus & punctis. Ex noſtra certa ſcientia motu q; proprio ꝓ nobis: & noſtris ratifficamus: approbamus: & cõfirmamus perinde q; efficaciter ualere uolumus: ac ſi ꝑ nos: Ita edictum & cõſtitutum eſſet. Prout equidem quatenus opus eſt edicimus: & conſtituimus: & in uim legis edictiq; perpetuo ualituri cõcedimus ꝑ præſentes. Mandantes propterea cõſiliis nobiſcum & citramontes reſiden̄. Gubernatoribus: Capitaneis: Bailiuis: Poteſtatibus: Vicariis: Iudicibus: Caſtelanis: cæteris q; uniuerſis & ſingulis officiariis fidelibus & ſubditis nr̃is mediatis & immediatis ipſorum q; officiarioꝝ locatenen̄: pariter cõmiſſariis præſentibus & futuris: & cuilibet eorũdem prout unicuiq; ſpectauerit & ſuo ſuberit officio præcipimus: cõmittimus & mandamus ſub pœna Indignatiõis noſtræ perpetuæ & ulterius centum marchaꝝ argenti ꝓ quolibet dictis cõſiliis inferiore. Quatenus dictas annexas & priuilegium ac has noſtras præmiſſorum omnium confirmatorias lr̃as in ſuis ſingulis paſſibus & punctis ac de uerbo ad uerbum teneant: attendant: & inuiolabiliter obſeruent: teneri q; attendi: & inconcuſſe obſeruari faciãt per eos quoꝝ intererit nec in ullo cõtraueniant quõlibet uel opponant. Quibuſcũq; oppoſitiõibus: exceptionibus: iuriſdiſpoſitiõe: conſuetudine: in integrum reſtitutione lr̃is & aliis ſub quauis uerboꝝ forma in contrarium adducẽdis: conceſſis & faciẽtibus reiectis penitus: & nõ obſtãtibus. Quibus omnibus quo ad hæc ex ipſis noſtra certa ſcientia motu q; proprio ac poteſtatis plenitudine expreſſe derrogamus: & derrogatum eſſe uolumus per præſentes Quas in teſtimonium præmiſſoꝝ duximus concedendas. Datas Taurini die decimaquarta Ianuarii. Mccccl xxxiiii.

¶ Declaratio Clauſularum: Niſi: & ſi quis.

KArolus dux ſabaudiæ chablaſii & Auguſtæ ſacri romãi imperii princeps: Vicariuſq; perpetuus: Marchio in Italia: Princeps pedemõtium: Baro Vuaudi. Comes de uillaris: Niciæ ꝓ Vercellaꝝ ac Friburgi &c. dñs. Quoniã de ſenſu clauſulaꝝ: niſi: &: ſiqs quas in lr̃is mandatorum noſtroꝝ plerũq; inſerere cõſueuimus dubium nõ nunq̃ exortum extitit inter partes: altera negante eas clauſulas ſtante iure communi paratam habere executionẽ: Altera uero affirmãte clauſulã. Et ſi quis ſtante antiquo ſtilo curiæ ſabaudiæ paratam habere executionẽ. & ipſum ſtilum iure foueri: hinc propterea inuolutis partibus litigiis in fauorẽ aliquã do alterius ꝓnunciari uiſum fuit ſup iure cõmuni. Interdum autẽ ſimili in caſu ĩ fauorẽ alterius partis ſtante ſtilo & cõſuetudie. Ecce q; nos omni huiuſmodi dubio ſatis atq; ſatis

HAVKOMUBIBLIOTEKA ROHY imeni I. I. MECHNIKOVA

mature discusso in præsentia proceꝝ: & cõsiliarioꝝ nr̃oꝝ subnominatorum occurrere uolentes ipsoꝝ consiliarioꝝ consilio: & deliberatione. Ex nostra certa scientia motuq; proprio & de nostræ potestatis plenitudie declaramus per præsentes eas clausulas prædictas. Nisi: & siqs: uirtute dicti stili & cõsuetudinis certis etiã aliis bonis respectibus. Ita inter se differre. ut lr̃æ cum clausula. Et si qs paratam habeant executiõem. Et executione facta remittatur pars se opponens ad iudicem iuxta formã tamen lr̃aꝝ. Cum clausula uero. Nisi se opponat: oppositione facta reducatur mandatum in uim simplicis citationis absq; ulteriori exequutione. In cuius rei testimoniũ Has duximus cõcedẽdas. Quas ex nr̃a certa sciẽtia motu ꝓprio ac uice impiali qua fungimur in uim legis perpetuo duraturæ ualere: & obseruari in fineq; statutoꝝ nr̃oꝝ ultimo cõditoꝝ inseriẽt in tribunalibus cõsiliorꝝ nr̃orum tam nobiscum ordinarie q̃ taurini & chãberiaci residẽtiũ q̃ alibi in patria nr̃a publicari uolumus. ℂ Datũ Taurini die decima mensis Iunii. Anno dn̄i millesimo quadringẽtesimo octuagesimoquinto. Per dn̄m præsentibus dn̄is. Illustrissimo ac Reuerendissimo dn̄o Frãcisco de Sabaudia archiepiscopo auxitanẽsi. Reuerẽdo Antonio chãpionis ep̃o montisregalis canzellario sabaudiæ. Antermo barone miolani marescallo. Ludouico comite challãdi. Gabrielle de seyssello dn̄o de aquis. Georgio trucheti præside Michaele de canalis. Petro dagatiis. Petro cara collateralibus. Domino Aduocato fiscali. Iacobino de sancto georgio. Anto. ponz. Ruffino de murris generali thesaurario ac aliis pluribus proceribus: Iurisconsultis & peritis uiris. De Ruscacius.

STATVTA PER ILLVSTRISSIMAM DOMINAM BLANCHAM CONDITA.

ℂ Statutum super alienationibus Feudoꝝ. Et unica dilatione ad examinandum danda: contra q; fabricatores monetarum. ac in delinquentes.

BLANCHA Ducissa Sabaudiæ tutrix & tutorio nomine Illustrissimi pricipis filii nr̃i carissimi Karoli. Io. amedei Ducis sabaudiæ: chablaisii & Augustæ: Sacri Romani imperii pricipis Vicariiq; ꝑpetui: Marchionis in Italia: Principis pedemontium. Baronis Vuaudi: Niciæq; Vercellarum ac friburgi &c. dn̄i. Cum ĩ uolumine decretorum ducalium scriptum legatur per bonæ memoriæ Illustrissimos prædecessores nostros deuentum fuisse ad edictionem decreti perpetui: & legis ualituræ super dispositione rerum feudalium in constitutione docium: & ĩ casu necessitatis prout cõstat dicto decreto de anno dn̄i millesimo quatercentesimo septuagesimoquito die tertia mensis Iulii ædito ex causis: & plerisq; ratiõibus ibidẽ designatis: Quæ oĩa in quãtum præsentẽ materiam concernunt breuitatis causa hic pro repetitis habeantur. Cũ autem sæpius & reitteratis Vicibus per subditos nr̃os ac prelibati Illustrissimi filii nostri huius patriæ cismõtanæ querellatum deductum & significatum fuerit q̃ quãtũcunq; ex prædicto decreto sit optime ꝓuisum circa modum constituen̄ dotes & etiã ꝓ aliis necessariis debitis feudatariis nr̃is prout supra incõbentibus: Tamen quia dubitatum est utrum uendicet sibi locum statutũ prædictũ in causam dotis restituendæ cũ augumẽto. Cũ uerba prædicti decreti loqui tantũmodo uideanẽ & formam dare circa cõstitutionem docium & debita necessaria.

Vt in illis casibus bona feudalia ualeant & possint ippothecari obligari: & alienari modis: & formis qbus ibidẽ cõtinẽt. Nec tamẽ de restitutione dociũ cũ augumento ibidem ulla fit expressa mencio. quãtũcunq; ex tacita mente dicti decreti id possit allici & cõprehẽdi. Et propter hoc & dubia præmissa q̃ plurime dotes cũ augumento perdunẽ & aliæ differunẽ. Adeo q̃ pauperrimæ uiduæ: & relictæ præfatoꝝ uasalloꝝ eoꝝ maritis orbatæ circa dotes cum augumento remanent defraudatæ. Ita ut uacuis manibus ꝓprios lares apud eoꝝ attinẽtes & proximiores repetere habent. Nos itaq; attẽdẽtes q̃ præmissum decretum fuit cõcessum ꝓpter cõstitutionẽ docium fiendarum: & debita necessaria persoluenda ex causis ĩ eo specificatis: Et præmaxime ne filiæ uasalloꝝ q̃ sola habent bona feudalia remaneãt indotatæ calliditate: & astucia agnatoꝝ ꝓximiorum ad quos bona feudalia pertinẽt iure agnatiõis: & ꝓximitatis ac successionis ex dispositiõibus feudoꝝ: Cum hæc & longe maior uigeat ratio in restitutione docium cum augumento iam receptarum per ipsos uasallos & feudatarios prout supra. Cum eoꝝ bona feudalia sint obnoxia: & effecta oneri restitutionis: & si habeãt transire ad ꝓximiores agnatos q̃ trãleant cum eoꝝ onere pro restitutionibus fiẽdis de dictis dotibus cum augumento: Cum iuris sit q̃ non minor fauor debeãt secundo matrimonio q̃ primo: Et q̃ plus ex quo dotes ipsarum habuerunt pro qbus obligarunt: & ippothecarũt eoꝝ bona feudalia: Sit q; satis iniquum q̃ postea in casu restitutionis nõ possint consequi dotes ipsarum prout reitteratis uicibus de hoc querellas habuimus. Volentes prout cõuenit sup his salubriter ꝓuidere. Habita prius ꝓceꝝ & cõsiliarioꝝ nostroꝝ & prelibati Illustrissimi filii nr̃i prout supra reitterata: & deliberata ac cõsulta inuestigatiõe consultatiõe ac deliberatione. Ex nr̃a certa scientia ꝓ prefato Illustrissimo filio nr̃o suisq; heredibus: & successoribus uniuersis tutorio nomine prædicto motu q; proprio ac de plenitudine potestatis. Etiã q̃ a sic nobis fieri placuit: & placet hoc perpetuo: & Irrefragabili edicto & decreto imperpetuum ualituro. Declaramus omnia contenta cõcessa: & ordinata in prefato decreto circa facultatem constituendi dotes: & alienãdi bona feudalia ꝓpter ipsas dotes: & debita necessaria uim & locum habere in restitutiõibus fiendis de ipsis dotibus tempore soluti matrimonii. Dũmodo constet legitime ipsas dotes ueras fuisse solutas. Quo soluti matrimonii tempore restitutio dotis fieri debet cũ augumento. De quo tamẽ si nõ sint nisi bona feudalia non possint nec debeant grauari heredes mariti nisi ad uitam uxoris. Postea uero defuncta ipsa uxore: ipsum augumẽtũ reuertãt ad ipsos heredes: Declarãtes expresse q̃ talia bona feudalia ipsoꝝ feudatarioꝝ intelligant̃: & obnoxia ac affecta sint. Adeo q̃ in quãcunq; personam & ꝓximiorem agnatũ trãsitum faciant uel fecerint de præterito post tempus dicti statuti ex legibus: & cõstitutionibus feudoꝝ intelligantur transire: & transitum facere ac fecisse cum onere suo. Ita q̃ hii & eorum heredes: & successores qcunq; q pro tempore præterito successerũt post edictionẽ prefati decreti de quo supra. Et q pro tempore succedent præsenti ac in futuꝝ succedent intelligant̃ eadem bona habere affecta & cũ onere. Adeo q̃ teneant̃ & efficaciter cõueniri possint de prædictis feudalibus facere restitutionem cum augumento dotis fieri solito: Secũdum morem stillum: & consuetudinem dictæ patriæ cismontanæ: & consensus q regritur in prefato edito uel decreto de quo supra circa constitutionem docium intelligatur q̃ adhiberi debeat tempore quo fiet restitutio dictarum docium cum augumento. De quo augumento si non sint nisi bona feudalia heredes mariti nõ debeant neq; possint grauari nisi ad uitam uxoris ut præfertur seruando omnia & quæcunq; alia in reliquis capitulis in dicto decreto descriptis contẽta ad unguem. Nihil de necessariis obmittendo.

HAVLOVA KNIHOVNA OHY IMENI ... MKOBA

ITem quoniã nonnulli ſubditi ex ꝓpoſito: & ex malicia accedendo ad aliqua loca cir/cumuicinia uel alias ubicunq; fuerit ſatagunt falſas monetas tam aureas q̃ argente/as ſcientes merchari: & ex poſt illas exponere ĩ dominiis nr̃is. Volẽtes ſup hoc etiam ſalubriter ꝓuidere ꝓ idemnitate preſatoꝝ ſubditoꝝ nr̃oꝝ hoc edicto ꝓpetuo ualituro expreſ ſe ſtatuimus. Vt unuſquiſq; qui tales falſas monetas falſas: & reprobatas ſcienter: & doloſe a quocunq; emerit & merchatus fuerit: Vel etiã ſcienter & doloſe illas expoſuerit puniatur pœnis quibus puniret̃ ſi ipſe tales falſas monetas fabricaſſet. Non obſtantibus q̃buſcunq; le gibus ſtatutis diſpoſitionibus: & aliis quibuſcunq; in contrariũ facientibus: q̃bus ex nr̃is cer ta ſcientia ac motu proprio: & de plenitudine poteſtatis expreſſe derrogamus: ac ſi de illis in hoc præſenti edicto noſtro eſſet facta expreſſa mentio.

ITem quoniam nõnunq̃ littigantes in auditoriis nr̃is circa examinatiõem teſtium di/lationes petunt nõ ex animo: ut quæcunq; uelint probare uel teſtes examinari facere. Sed ſolum ut habeãt dillatare & more reoꝝ fugere. Cum ex decretis ducalibus diſpo nat̃ q̃ habeãt uſq; ad quartã dilationem cum ſolẽnitate legali. Etiã cum in minimis cauſis pe tãtur. Hæ dilationes nulla exigente cauſa ut dillatetur iudicium. Volentes ſup his ꝓuidere pro indẽnitate preſatoꝝ ſubditoꝝ noſtrorum. Ne diu fatigentur littigiis ſumptibus & expen ſis. Redeũdo ad ius cõmune cum de facili una quæq; res redeat ad ſuam propriam naturã. Hoc edicto ꝓpetuo: & ſemper ualituro expreſſe ſtatuimus declaramus: & ordinãus: Q uod præter primam dilationem datam ad examinandum teſtes quæ intelligãt̃ peremptoria: Re liquæ dari nõ poſſint neq; debeãt ſine cauſæ cognitiõe iuxta formã iuris cõmunis. Nõ obſtã tibus q̃buſcũq; decretis ducalibus ſup hoc diſponẽtibus ac ſtillis curiaꝝ ducalium: & ordina tionibus in cõtrarium facientibus q̃bus ex nr̃is certa ſcientia: & motu proprio ac de plenitu/dine poteſtatis exp̃ſſe derrogamus: & derrogatum eſſe uolumus. ¶ Itẽ ne delicta remaneãt impunita ꝓpter fugam uel abſentiam delinquẽtium ſtatuimus q̃ quotienſcunq; quis ꝓ cau ſa criminali pœnam ſanguinis exigẽte citãt̃ ad domum ſuæ ſolitæ habitatiõis ꝑ nunciũ: & in platea uoce cridæ. Si ĩ citatorio ſit clauſula decernẽtes dictã citationẽ modo quo ſupra factã perinde ualere ac ſi eſſet facta in ꝑſonã. Tunc talis citatio debeat habere eandem uim ac ſi eſſet facta in ꝓpriã ꝑſonam ipſius citati. Niſi forte dictus citatus eſſet abſens a patria ex ne/ceſſaria uel ꝓbabili cauſa. Et hoc de motu ꝓprio nr̃o ex certa ſcientia ac de plenitudine pote ſtatis. Nõ obſtantibus q̃buſcunq; legibus in cõtrariũ diſponẽtibus q̃bus derrogatũ eſſe uo/lumus. Mãdantes ꝓpterea Cõſiliis nobiſcũ Taurini: & Chãberiaci reſidẽtibus Necnõ uni/uerſis & ſingulis gubernatoribus: Bailiuis: Vicariis: Capitaneis: Poteſtatibus: Caſtellanis: Iudicibus: Procuratoribus: ac cæteris Ducalibus officiariis mediatis: & imediatis Vbilibet cõſtitutis modernis q̃: & poſteris ipſorũq; officiarioꝝ locatenen̄ ac cuilibet inſolidũ. Q uate nus huiuſmodi edictũ declarationem: & lr̃as nr̃as ac omnia & ſingula in eis contenta Iuxta illarum formam: & tenorem ex nunc & imperpetuum inuiolabiliter obſeruent: & per quoſ/cũq; faciãt inuiolabiliter obſeruari. Et ut omnibus innoteſcat in auditoriis: & alibi ubi expe/diens fuerit moribus conſuetis publicari faciant: Q uæ pro maiori ac firmiori obſeruantia in uolumine Statutorum generalis Sabaudiæ reformationis. Etiam ad perpetuam rei memo/riam inſeri iubemus has in teſtimonio concedentes. Datas Taurini die uigeſimaſexta men/ſis octobris Anno domini milleſimo quatercenteſimo nonageſimoprimo. Per dominam præ ſentibus Illuſtri domino Philippo de Sabaudia comite Baugiaci gubernatore: & locumte/nente generali. Necnon Reuerenᵗ dominis Stephano morelli Epiſcopo mauriañ. Antonio

campionis Epiſcopo gebennarum canzellario Sabaudiæ: Merlone ex comitibus plozaſchi admirato Rhodii. Glaudio de Sabaudia Vercellarum gubernatore. Amedeo ex Marchio/nibus Romagnãi pthonotario apoſtolico: Ioãne clopetti Breſſiæ præſide. Ludouico taliandi armorum Capitaneo. Vaſino de Solario condomino moretæ. Petro de agatiis. Petro de ca/ra. Ludouico de uignate. Defendente de pectenatis aduocato fiſcali. Ruffino de murris. Se baſtiano ferrerii Domino Galianici Sabaudiæ theſaurario. Benedicto tortolleti magiſtro re queſtarum. de Ruſcaciis.

¶ Statutum editum ſuper pena. L. ſi quis maior.

IBlancha ducíſſa Sabaudiæ tutrix & tutorio nomine Illuſtriſſimi principis filii noſtri cariſſimi Caroli Iãnnis amedei Ducis Sabaudiæ &c. Et ſi ſacras Romanas ue leges: tot uigiliis atq; lugubrationibus excogitatas oĩno tollere atq; abolere indignũ & nephas eſſe cenſeamus. Illaꝝ tamen rigorem interdum temperare: moderari q; ꝓ rerum euentu: & tem poꝝ nr̃oꝝ clementia nõ alienum eſſe exiſtimamus. Neq; enĩ ut ſacri quoq; teſtãtur canones reprehenſibile uideri debet. ſi ſecundum uarietates tempoꝝ ſtatuta quoq; uarienᵗ humana. Cum itaq; pleriſq; & quottidianis reꝝ argumentis nimio q; dãno ſubditoꝝ didicerimus mul tos ducales ſubditos incautos aliquando: & nihil tale metuentes uel cogitantes ex præſũpto etiam allegato ue dolo ubiquoq; uerus non adeſt dolus: maximis incomodis & dãnis atq; in famia fuiſſe affectos ob rigorem illius. L. Si qs maior. C. de trãſactiõibus. Nos quæ nudam ueritatẽ: & æquitatem magis q̃ Iuris rigorem: & captioſas iterpretatiões amplectimur: ſub/ditoꝝ indẽpnitati: & huiuſmodi periculis atq; diſcriminibus obuiare cupientes. Habita ſup his imprimis diligẽti platoꝝ procerum: & Iuriſconſultoꝝ ac alioꝝ Conſiliarioꝝ: & prudentũ uiroꝝ examinatiõe. Ex nr̃a certa ſcientia motu q; proprio hoc perpetuo & ſalubri ſtatuimus edicto. Legem ipſam ſi qs maior. C. de tranſactiõibus illiuſue pœnas in dicione ducali nullo modo ſibi locum uendicare. Neq; ad illam agi conueniri condemnari ue quempiam poſſe. Niſi prius hoc adhibito moderamine. Vt una ſaltem extra iudicialis præcedat interpellatio cum ꝓteſtatione quoq; ad pœnas dicte legis agendi. De q̃bus interpellatiõe & ꝓteſtatõe pu blico cõſtare debeat inſtrumento: & nõ aliter. Q ua interpellatione extra Iudiciali ſic facta: Si poſtea conuenti in iudicio paſſi fuerint labi quadraginta dies a die porrectæ petitiõis pri/uſquam ſatiſfecerint. Eo caſu dictã. L. Si qs maior ſibi locum uendicare poſſe decernimus. Aliter uero neminem ad pœnas predictæ legis uolumus cõdemnari: irritum & inane quicq̃d in contrarium actum uel iudicatum fuerit decernẽtes. Q uæ omnia ĩ cauſis tam motis q̃ mo uendis: & etiam appellatione ſeu ſupplicatione ſuſpenſis locum habere cenſemus: Et in uo/lumine Statutoꝝ Ducalium inſeri ac in auditoriis cauſaꝝ publicari. Et per quoſcunq; incon cuſſe obſeruari mandamus. In quoꝝ teſtimonio has duximus cõcedendas. Datas Taurini Die decimaſeptima Menſis marcii Milleſimo quatercenteſſimo nonageſimoquinto. Per Do minam præſentibus dominis Reuerenᵗ Cõrino ex comitibus plozaſchi Archiepiſcopo Tha/ranᵗ. Ioanne de Varax Epiſcopo bellicenſi. Antonio campionis Epiſcopo gebennaꝝ Canzel/lario Sabaudiæ. Amedeo de Romagnano abbate Sangani. Glaudio de Sabaudia Vercel/larum gubernatore. Antonio de gingino domino Diuonæ præſide. Auguſtino ex marchioni bus ponzoni præſide patrimoniali. Glaudio marcoſſei magiſtro hoſpicii. Petro de agaciis. Petro de cara. Ludouico de uignate. Glaudio de aquis. Areguino ex comitibus Valpergiæ. Briancio ex marchionibus Romagnani. Defendẽte de pectenatis aduocato fiſcali. Sebaſtia no ferrerii domino Galianici theſaurario Sab generali. De ruſcaciis.

HAVORAD PHOTOGRAPHY IMEBRI MATEJ IVIKOBA

STATVTA PRO BREVIORI CAVSARVM EXPEDITIONE PER ILLVSTRISSIMVM PHILIPPVM SABAVDIAE DVCEM AEDITA

PHILIPPVS Dux Sabaudiæ: Chablaisii & Augustæ sacri Romani Imperii princeps: uicariusq; perpetuus: Marchio in Italia: Princeps pedemōtiū: Baro uuaudi Comes Gebenesii Baugiaci & de Villariis: niceæq; Vercellarq; ac Friburgi &c. dns. Posteaq̄ ad huius superexcelsi Sabaudiani ducatus fastigiū diuino munere fuimus euecti inter reliquas graues nobis incōbētes sarcinas ea potissimum nro semp sedit in animo: Vt ad ea ꝓ uiribus maximopere imitamur ꝑ quæ subditorq; nostrorq; maxime litigātiū incomoditatibus occurratur. Quippe qui: ut quottidianis ferme querellis didicimus: Ex longa agitatione & ꝓtellatiōe causarq; ac litium quæ uertuntur in auditoriis tam cōsiliorum nostrorq; Taurini: Chāberiaci atq; nobiscum ordinarie residentium q̄ aliorum officiariorū patriarum nrarq;: Ita ut immortales pene reddantur: subditi ipsi q̄ maximis dānis laboribus q; & expensis multifariā opprimuntur: & eorq; substātias effundunt. Et qdē ob parcium causas iniquas fouentium: ac earum aduocatorq;: & causidicorq; calliditatē: atq; interdum Ius reddentium iniuriam. Cuius rei gratia. Et si ꝓ Illustrissimos antecessores nostros Sabaudiæ retroprīcipes & Duces uaria: & precipue generalis reformationis Statuta: ac alia pleraq; admodum salubria ædita fuerint. Quæ omnino seruari uolumus. Nonnulla tamen declarare immutare atq; etiam superaddere. pro temporum: & rerum qualitate: existimauimus. per memorata Cōsilia atq; Officiarios nostros de cætero inuiolabiliter obseruāda. Ex nostra igitur certa scientia: motu q; proprio ac de nostræ potestatis plenitudine. Habita per prius etiam atq; etiam matura super his cōsiliariorum: & procerum nostrorum subnominatorum deliberatione. Hoc perpetuo & Irrefragabili sancimus: & statuimus edicto ꝓut & q̄ admodum in subscriptis capitulis seriatim describitur. Aliis tamen statutis per Illustrissimos prædecessores nros ut præfert promulgatis: nisi in quantum hæc nostra infrascripta capitula aliter senciunt: & disponunt in suis robore: & obseruantia remanentibus.

ET primo Quod in causis paupeq; impotentium ad litigandum: & miserabilium personarum seruetur decretum ducale antiquum sub Rubrica. Causæ rusticorum &c.

Quæ quidem causæ auditis partibus expediantur sine processu per alterum ex iusdicentibus: & stetur soli registro Secretarii. ¶ Item ꝙ causæ leues expediantur: & sine ꝓcessu ut supra inter quascunq; personas agant: & dicant causæ leues ꝓ qualitate personarum arbitrio iudicis. ¶ Item ꝙ caucio de expensis refundendis in casum succumbentiæ reiciat. Vbi actor possideat immobilia uel egregia mobilia in patria ducali: uel alias arbitrio iudicantis. ¶ Itē in Responsionibus dandis interrogatoriis & positionibus seruet decretum ducale incipiens Diffugii causam &c. Scilicet ꝙ tres tantum ad rndendum dentur dilatiōes. Videlicet prima ad respondendum uel causam iustam in contrarium allegandum: Et aliæ duæ ad respondendum cū cominatione &c. Quæ qdem cominationes postq̄ fieri obmitterentur ꝓ factis tamen habeātur & intelligātur. Quibus tribus assignationibus sic factis si in illis respōsum nō fuerit. Interrogatoria ꝓ cōfessis uel negatis ad iterrogātis electiōem & positiōes pro cōfessis ipso iure habeātur. Nec oppositiones contra huiusmodi positiōes & interrogatoria.

a 5 libro. s.°

Nisi fiāt in dicto termino assignato ad Respōdendū uel causam exinde in secunda aut tertia dilatiōibus aliqualiter admittant. ¶ Itē Quod nisi in termino assignato ad cpponēdū in responsiones positiōibus datas fiat oppositio ob respōsiōes nō uel minus legitime & sufficiēter datas: aut reductio positionū negatarq; ad articulos: Capitulorq; ue seu articulorq; ꝓductio fiat assignatio ad proponendū præclusa uia reducendi: opponēdi: & capitulandi sup materia in ipsis positiōibus deducta: ¶ Itē ꝙ pars cōtra quā examinatū fuerit supre sup qua materia cōtraria dāda sit teneat in termino publicatiōis testiū partis materiā ipsam cōtrariā tradere. Quod si nō fecerit ad illā tradendū ex inde nō admittat. Sed illi præclusa intelligat uia ipsā materiā contrariā exinde tradendi. Secus tamē intelligat in materia diuersa. ¶ Itē ꝙ secūda dilatio ad ꝓbandū nō detur nisi cōstet de legitio ipedimento aliter q̄ piuramētū. ¶ Itē ꝙ anticipāte aliqua parciū dietā deliberādo: opponendo: rndēdo aut ꝓponendo admittat: & fiat assignatio opportuna: nō expectato termio dilatiōis pendētis cū finita causa dilatiōis finiat & ipsa dilatio. ¶ Itē ꝙ nō fiat assignatio ad exhibendum ꝓthocollū uel matricem instrumētorq;: nisi īminente aliqua suspitione falsitatis de qua iusdicētes ad partem sint istructi. & per principales: aut cū mandato speciali talis petatur exhibitio. ¶ Itē ꝙ si interuētus nō sit legitimus & tamē sup hoc nō sit disceptatum: Sed ꝓcessum in meritis: & Ius partis nō sit factum deterius nulla fiat expēsarq; cōdemnatio: Dūmodo rattifficatio sufficiens supueniat: aut mādatum appareat ante litem motam fuisse confectū. ¶ Item dato termino ad ꝓponendum si in ipso termino nihil ꝓponatur: Sequens terminus sit & esse intelligat. Etiā si expresse non diceret ad proponendum alias ius. In quo termino si petat copia testium aut aliorq; iuriū antea ꝓductorq; decernat copia solum ut acta sint paria: & nihilominus fiat assignatio ad Ius. ¶ Item quando per cōmissarios causæ remittent alicui consiliorq; nostrorum ad formam lrarq; nostrarq; aut alicuius eorūdem consiliorum & a gestis ꝑ eosdem commissarios appellari continget. Vtraq; causa & remissionis & appellatiōis unico ꝓcessu agitet: & iterim ī lris admissionis: appellationis appositum nullius momenti esse censeat. ¶ Item ꝙ succombentes in interloqutoriis regulariter cōdemnent in expensis. ¶ Item ꝙ in causis appellationum ab interloqutoria mera: quæ ex eisdem actis debeat uerificari uel impugnari fiat in prima dieta assignatio ad ꝓducendū quæcūq; iura hinc & inde. Et in secunda dieta assignatio ad Ius. ¶ Itē ꝙ postq̄ partes erunt assignatæ ad ordinandum: appunctuādū ue seu Ius audiendū dietim non taxent expensæ aliquæ nisi principalibus supuenientibus: & in iudicio comparentibus. Quo casu testimoniales concedant. ¶ Itē ꝙ ab iterloqutoriis uim diffinitiuæ nō sapientibus ꝑ alterum consiliorq; nostrorq; confirmatis nō appelletur seu supplicet: At per idem cōsilium si petat reuideant uocato: & assistente uno adiuncto non suspecto sumptibus petentis. ¶ Itē ꝙ iuramenta sup altari sancti Antonii regulariter nō admittant: sed sufficiat sup sacris lris: aut sanctis euangeliis iurari. Nisi fortassis ī arduis inspecta qualitate causæ: & personarum arbitrio iudicantis. ¶ Item ꝙ a sententiis latis per alterum consiliorq; nostrorum a decem florenis infra non appelletur neq; supplicetur. ¶ Itē ꝙ appellationes seu supplicationes a sentētiis consiliorum nostrorum tam Taurini q̄ Chamberiaci ordinarie residentiū intra semestre tempus introduci debeant. Alioquin pro desertis habeantur. Supplicationes autem ad audientias nostras generales: Et si intra biennium non introducantur non tamen desertæ censeantur. At quandocunq; usq; ad audientias generales ex tunc primo tenendas inclusiue introduci possint. ¶ Item ꝙ exceptio renunciationis generalium audientiarum repellatur: & reiciatur.

nota hic superstitione nam hic credit grauius delinq.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ЛНУ імені І. Франка

Onsiliis nris pdictis tam nobiscum q̃ Taurini & Chãberiaci residentibus. Ac cæteris uniuersis & singulis officiariis nris mediatis & ĩmediatis ad quos & prout ad unum quẽq; eorꝝ spectauerit ꝓpterea districtius cõmittẽdo mãdãtes. Quatenus huiusmodi edictũ statuta & capitula nra suprascripta ĩ suis singulis passibus & punctis de cætero imperpetuũ teneant: attendãt: & ĩuiolabiliter obseruẽt. teneriq; & obseruari faciãt. & in nullo cõtrafaciãt quomodolibet uel opponãt. Quinimo illa in eorꝝ auditoriis singula singulis referendo legi publicari q; faciant. Quæ oĩa in causis tam motis q̃ mouendis. Et etiã appellariõe seu supplicatiõe suspensis locũ habere cẽsemus: & etiã in uolumine aliorꝝ Sabaudiæ Statutorꝝ ad ꝓpetuã rei gestæ memoriã inseri iubemus. Litteris: mãdatis: statutis: edictis ac cæteris in cõtrariũ adducendis: & facientibus nõ obstantibus: qbus omnibus inquantum aliter q̃ supra cõtineẽt disponerent: ex dictis nris certa scientia motu q; ꝓprio ac potestatis plenitudine quo ad hæc expresse derogamus: & derogatum esse uolumus ꝑ præsentes. Quas in testimonium præmissorꝝ duximus cõcedendas. Datas Taurini die ultima mẽsis Iunii Millesimo quatercẽtesimo nonagesimoseptimo. Per dñm pñtibus. D. Reuerẽ. Bartholõeo cueti Epo Niciensi. Amedeo ex marchionibus Romagnani Abbate sancti Solutor canzellario Sab. Glaudio de Sabuercellarꝝ gubernatore. Iacobo de Bussy Dño Heriaci gubernatore niceæ. A. dño diuone preside. Angelino prouane Condomino fabularꝝ præside patrimoniali. Petro Agacia. Petro Cara. Ludouico de Vignate. Antonio Cacia. Defendẽte de Pectenatis Aduocato fiscali & Sebastião Ferrerii Dño Galianici thesaurario: & Sabaudiæ finãtiarꝝ generali. De Ronsicho.

STATVTA PER ILLVSTRISSIMVM PHILIBERTVM SABAVDIAE DVCEM MODERNVM CONDITA.

¶ Quod in causis: quæ dietim assignatæ sunt: Instãtia nõ currat nisi ꝑ decẽ dies.

PHILIBERTVS Dux sabaudiæ: Chablaysii & Augustæ Sacri romani Imperii princeps: Vicariusq; perpetuus: Marchio in Italia: Princeps pedemõtium: Comes gebẽnexii: Baugiaci & Rotõdimõtis: Baro uaudi: Gay: et faucigniaci: Niciæq; Vercellarꝝ: Breyssiæ ac friburgi & cẽ dñs. Sicuti Iãdudum statutũ ordinatũq; fuit atq; plene obseruatum: Quod in causis prĩcipalibus corã cõsilio nro cismõtano Taurini ordinarie residente uentillantibus nõ currat instãtia: Nec cõputeẽt tempus momorialiũ: quæ sunt dietim: Nisi dũtaxat ꝑ decẽ diebus. Reliqui uero non computenẽt in instãtia. Et ipsis durantibus non intelligant̃ partes litigare. Ita nos eisdem optimis deuicti rationibus. Volumus idẽ statutũ coram qbuscunq; Iudicibus: & aliis officiariis nris: & iusticiæ ministris corã qbus currit instãtia: equidẽ iuiolabiliter obseruari: tã in causis iam ĩchoatis: & pẽdentibus: q̃ inchoãdis: & quæ ĩ futurꝝ corã eis uentillabunt̃. Sic enĩ ex nra certa sciẽtia: maturaq; ꝓcerũ: & cõsiliariorꝝ nrorꝝ deliberatione prahabita: hoc edicto ꝑpetuo duraturo statuimus: & ordinamus quod publicari: & in libris curiarꝝ ipsorꝝ iudicũ describi: & ubiq; obseruari iubemus. Quibuscũq; legibus: statutis: capitulis: stillis: cõsuetudinibus: litteris: & aliis ĩ cõtrariũ obiiciẽdis: & facientibus nõ obstãtibus. Quibus oĩbus ex eadẽ certa sciẽtia quo ad hæc expresse derogamus. Datas Taurini die uicesima quarta Ianuarii Millesimo

quingentesimo tertio. Per dominum pñsentibus dominis Illu. Francisco de lucẽburgo Vicecomite martueñ. R. Amadæo ex marchionibus romagnani: Epo montisregalis Canzellario sabaudiæ. Gabriele de seysello Barõe de aquis: Antonio de gingino dño diuonæ præsid. Bernardino parpalia Cismõtano Præside: Angelino de ꝓuanis præside pãrimoniali: Antonio de romagnano apostolico ꝓthonotario: Petro de agaciis: Ludouico de uignate: Augustino de azelio: Francisco prouana: Bernardino de alladio: Frãcisco scarauelli. Deffendente de pectenatis. Ludouico uassalo Aduocatis fiscalibus: Ioãne noyelli Thesaurario sabaudiæ generali: De Ruscaciis.

¶ Pronunciatio per consiliũ ne clerici ducales subditi: ad curias uetitas ducales etiã subditos ꝑ re mere ꝓphana & ad curiam ecclesiasticam non pertinente trahant.

Onsilium Illu. Principis dñi nostri Dñi Philiberti ducis sabaudiæ &c. citra montes Taurini ordinarie residens: Vniuersis sit manifestũ. Quod cõparuit hodie corã nobis: Egregius ꝓcurator fiscalis ducalis cismõtanus ꝑ iure & interesse fiscalibus: cõtra & aduersus trahẽtes ducales subditos ad curias uetitas: & ꝓcuratores eorꝝ noĩe comparẽtes: Proponens sicuti sunt nõnulli clerici ducales subditi non uerẽtes cõtraueniendo ducalibus decretis & franchisiis toti patriæ pedemontanæ concessis contraq; iura cõia trahere ẽt ducales subditos ad curias uetitas pro re mere prophana ad curiã ecclesiasticã non spectãte: Auctoritatem: & iurisdictionẽ ducales lædendo & euertendo: Requirẽdo hoc ideo ꝑ nos ꝓnunciari ipsis non licuisse nec licere traxisse nec trahere subditos ducales ut præferẽt ad curiã uetitã ꝑ re mere prophana ad forum ecclesiasticũ non spectante: Et eisdẽ fortius inhiberi & pariter quibuscunq; ꝓcuratoribus ne habeãt ꝑ eis comparere: & patrocinari. Quibus auditis. Nos memoratũ consiliũ præmissis mature cõsideratis uolentes iurisdictionẽ: & auctoritatẽ ꝑlibati Illustrissimi dñi nri prout tenẽur illesas præseruare. Attẽtis ẽt maxĩe forma dñicaliũ decretorꝝ & franchisiarꝝ toti patriæ pedemontanæ concessarꝝ ꝓnunciauimus: & ꝓnunciamus tenore pñtium ꝓut supra reqsitum extitit. Quibuscũq; subditis ducalibus: & pariter ꝓcuratoribus: & causidicis Ibidem assistentibus: & audiẽtibus: ac aliis uniuersis ꝓpterea inhibẽtes sub pœna centũ ducatorꝝ auri ꝑ quolibet contrafaciente: & uice qualibet qua cõtrafactum fuerit cõmittenda: & fisco ducali irremisibiliter applicãda: Ne de cætero quouismodo audeãt uel præsumant trahere ducales subditos ad curiam uetitã ꝑ re mere prophana ad forũ ecclesiasticũ non spectante: Et prædictis ꝓcuratoribus ne quouismodo ꝑ eis cõpareant in iudicio nec patrocinent̃: has in testimoniũ concedẽ. Quas per quoscunq; officiarios ducales: & cõmissarios in locis opportunis publicari: & qbus expedierit ĩtimari mandamus sub pœna ꝑmissæ consimili pro quolibet. Datas Taurini die octaua mẽsis maii millesimo quingentesimo tertio. Per cõsilium pñtibus dñis Bernardino parpalia ex dñis reuiglaschi cismontano præside: petro de agatiis: Ludouico de uignate: Bernardino de alladio Ioãnefrancisco scarauelli: Antonio rugia: Ludouico uassallo aduocato fiscali: Gotardus.

¶ Reformatio & statuta noua.

PHilibertus dux sabaudiæ Chablaysii & augustæ sacri Romani imperii princeps Vicariusq; ꝓpetuus: Marchio in italia Princeps pedemontiũ: Comes gebenexii & Rotondimõtis Baro uuaudi Niciæq; Bresiæ ac uercellarũ &c. dñs. Cõsiderãtibus nobis quantum oneri nro pro cultu iusticiæ in subditos nros diuino munere creditos incombat ad causarum litiumq; lõga agitatione eos potissime ꝑseruandos: digna res uisa est animũ nostrum

HAVKOVA KNIHOVNA OHY imeni L. MEDVIKOVA

dirigere ad ea omnia: q̃bus his incõmodis occurrere ualeamus: euecti quidẽ & ex ipsa natu/
ra & ab imagine quoq; illustrissimoꝝ prædecessoꝝ nostroꝝ sabaudiæ ducum: & precipue il/
lius excellentissimi diuiq; principis & dñi dñi Philippi genitoris nostri metuendissimi: q̃ sa/
lubres statutarias sanctiones nõ mediocri studio rimatas in hodiernũ usq; diem cõdiderũt:
quæ: & si iustissimæ ꝓpe diuinæq; fuere: non tñ propter casuum uarietatẽ atq; dissimilẽ in
dies euentum oĩum questionũ decisionem amplecti terminareq; potuerunt: & eo maxie q̃
uix aliquid ita certũ statuit quin ex causis emergẽtibus in dubiũ reuoceẽ. His itaq; moti ra/
tionibus & uisis quoq; plenarieq; discussis statutis prædictis p̃sertim generalis reformatiõis
in præsentia ꝓcerum & cõsiliarioꝝ nr̃orum ĩfrascriptoꝝ: ea oĩa obseruari uolumus cum nõ/
nullis tñ declarationibus ĩmutationibus & sup additiõibus inferius ꝓxime descriptis. Qui
ꝓpterea ex nostra certa scĩa motuq; ꝓprio & de nostræ ptãtis plenitudine & cũ matura pro/
cerum & cõsiliarioꝝ nostroꝝ deliberatõe: hoc ꝓpetuo & irrefragabili statuimus edicto ꝓut ĩ
eisdẽ capitulis cõtineẽ. Aliis tñ statutis ꝓ p̃fatos illustrissimos p̃decessores nr̃os nisi inquãtũ
hæc nr̃a ĩfrascripta capitula aliter sẽtiũt & disponũt ĩ suis roboĩ & obseruãtia remanẽtibus.

¶ In primis capitulũ: In secundo libro Sacri decretoꝝ
uoluminis sub rubrica. de qualitate collateraliũ & eo/
rum iuramento capitulo ĩcipiente.

Collaterales ad iustitiæ cultum &c. Statuimus & ordinamus. q̃ statutũ ipm oĩo ob/
seruẽt tam circa sportulas non capiẽdas nec alia ultra & præter ipsius statuti formã
q̃ circa reliqua ꝓut in eodem adimplẽda. Et sup illius obseruãtia debitum iterato nobis præ/
stabunt iuramentũ. De salariis aũt & solutõe salarioꝝ eoꝝ uolumus eis satisfieri ꝓ clauariũ
seu exactorẽ pœnaꝝ de & sup ipsis pœnis ꝓ idẽ cõsiliũ declaratis iniunctionalibusq; & cõ/
missis si sufficiãt: si uero nõ sufficiant residuũ quod deficiet satisfieri uolumus ꝓ thesaurariũ
nr̃m seu receptorẽ usq; ad plenã debitãq; satisfactionẽ: Etiã & præsidi ipsius cõsilii atq; pri/
moniali & aduocato nr̃o fiscali iuxta formã lr̃arum eis cõcessaꝝ. De residuo aũt si quid sup/
erit de pœnis p̃dictis exactum ultra solutionẽ prædictoꝝ salarioꝝ uolumus nobis cõputum
reddi in camera computoꝝ. Et itidẽ intelligimus & declaramus de præsidẽtibus & collatera
libus ac aduocatis fiscalibus consilioꝝ nostroꝝ tam chamberiaci q̃ taurini residentiũ incluso
emolumẽto sigilli singula ad singulos refferẽdo. Qui ꝓpterea p̃sidentes & collaterales circa
declarationẽ p̃dictaꝝ pœnaꝝ ita rõnabiliter & moderate habito respectu ad qualitatẽ pso/
naꝝ ad cõtumaciasq; citatorum & ad rẽ ꝓ qua euocabunt declarare & mitigare studebũt:
q̃ dictus clauarius seu exactor de eis ulterius quicq̃ remittere non possit neq; debeat. Decla
rantes hoc ideo q̃ mediãte salario eidẽ ꝓ nos cõstituẽdo nihil ultra ꝓ exactione ipsaꝝ pœnaꝝ
ꝓcipere possit sub pœna restõnis quadrupli & ꝓditionis salarii quod sibi debebit.

¶ Sub Rubrica incipiente Quæ causæ debeant audiri
in curia domini & quæ non capitulo incipiente.

Nec causaꝝ & litium multitudine impedient &c. Statuimus & ordinamus q̃ obseruẽt
ipsum statutũ. Addendo tñ causis ibidẽ exceptatis cãs etiam curialiũ & seruitoꝝ or/
dinarioꝝ stipendiatoꝝ ac alioꝝ nos & curiam nr̃am necessario & actualiter sequẽtium tam
actiuas q̃ passiuas ac etiã causas mercatoꝝ forensium. Cum hac tñ lege q̃ huiusmodi causæ
trahi nõ possint neq; debeant citra nec ultra mõtes. nisi ꝓut nos & cõsilium nr̃m nobiscũ re/
sidens adesse cõtigerit uidelicet causæ ultramontanoꝝ non agitent citra q̃diu nos & ipsum
consiliũ citra montes ꝓ adesse contigerit: & citramontanoꝝ q̃diu ultra mõtes adesse cõtigerit:

nisi aliter de ambarũ partiũ ꝓcesserit consensu: addendo ulterius cãs appellationũ seu sup/
plicationũ a consiliis nostris taurini & chamberiaci residentibus emanataꝝ: quæ cõsilio nr̃o
nobiscũ residenti ordinarie cõmittunt. Declarãtes insup q̃ ubi prædictum statutũ loquit de
miserabilibus p̃sonis intelligat q̃ nisi tales miserabiles p̃sonæ alibi cãm inchoauerint & litem
cõtestatæ fuerint: quo casu non sit licitũ uariare: sed ubi cã cepta fuerit ibi terminari debeat.
Obseruetur etiam statutũ positum sub rubrica de secretis inq̃sitionibus quod multis aliis in
termediãtibus sequit capitulo incipiente Inter solicitudines ꝓcuratoribus nostris fiscalibus
incombentes &c. una cum tribus aliis sequentibus.

¶ Sub rubrica ĩcipiente de qualitate offõ & iuramento secretarioꝝ
usq; ad rubricã incipientem De consilio dñi exclusiue.

Obseruentur præmissa statuta. & secretarii nouiter ꝓ nos cõfirmandi & deputãdi & q̃
ꝓ tpe deputabunt p̃stabũt in forma specifica debita sup illoꝝ obseruatiõe iuramẽta.

¶ Sub rubrica incipiente de aduocato pauperꝝ capitulo ĩcipiẽte.

Ne facultatum penuria &c. Obseruetur ipsum statutum & prouideatur de idoneo
sub stipendiis debitis.

¶ Sub rubrica incipiente moderatio & Taxatio expensarum
seu mizalliæ incarceratorum &c. capitulo incipiente.

Ne incarcerati per custodes &c. Videtur huiusmodi taxam moderãdam ordinãdãq;
esse uidelicet pro singulo die: quo ad ignobilem ad tres grossos sabaudiæ. Quo ue/
ro ad nobilem uel burgensem ad quattuor grossos pro singulo die. Pro introitu autẽ & exi/
tu si steterit ultra unum diem soluat tres grossos pro introitu & totidem pro exitu. Si uero
non steterit nisi per unum diem soluat tres grossos pro introitu tantum & pro exitu nihil &
nihil exigatur pro custode seu porterio.

¶ Sub rubrica q̃bus debeãt cõmitti examinatões testiũ capitulo incipiẽte.

Iam ueritatis ignorãtes &c. Statuimus & ordinamus q̃ officiarii & cõmissarii ac alii
qui ibunt ad testes examinandum scribant depositiones testium ad longum in actu
examinis in præsentia ipsorum testium & eorum depositiones subscribant. Et hoc sub pœ/
na falsi & latius prout in eodem statuto continetur.

¶ Sub rubrica de sententiis iuste proferendis capitulo incipiẽte.

Sententias in curiis nostris &c. q̃ statutum ipsum obseruetur adiiciẽtes & ordinãtes
q̃ si tales snĩæ scienter & dolose aut ex affectata ignorãtia crassa & supina deueniãt
ad manus & cognitionẽ cõsilioꝝ nostroꝝ uel alterius eorũdem teneãt idẽ consiliũ & debeat
infra qndecim dies postq̃ ad eius noticiam & cognitionẽ deuentæ fuerint nobis significare:
& compellant tales iudices precise ad soluendum parti lesæ interesse suum. Priuent et eorũ
officiis ac puniant infamia & cæteris pœnis latius in eodẽ statuto descriptis.

¶ Sub rubrica de suprema & generali audiẽtia capitulo incipiente.

Vt nihil in republica &c. q̃ obseruet ipsum statutũ & amplius nõ fiant cõmissiones
tanq̃ in generalibus audientiis nisi quo ad media causaꝝ: diffinitiuæ uero reseruent
& remittant ad generales audiẽtias cum huiusmodi casus additione q̃ quãtũcũq; secũdum
formam & disponem statutoꝝ nostroꝝ post assignationẽ ad ius factam non liceat partibus
aliqd ꝓducere. Declaramus tñ & statuimus q̃ in causis audientiaꝝ non obstãte assignatõe
ad ius: possint instr̃a de nouo reperta ꝓducere dũmodo principalis ueniat & p̃sonaliter pro/
ducat talia instr̃a cum iuramento: q̃ post huiusmodi assignationem ad ius illa fuerunt no/

HAVOBA BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA IM. STEFANA BATOHY imeni Stefana Batoryja UNIWERSYTETU LWOWSKOBA

uiter reperta & antea nullā de ipsis instrumētis habuit noticiā. & q dolose nec aīo diffugiē/di hoc facit. & aliter nō nec alio modo admittat. Declarātes ulterius & statuentes: q quando qs reportauerit tres snias conformes: quarū altera habeat uim præfecti ptorio: eo casu nō liceat cōdemnato tertio puocare seu supplicare nec de nullitate dicet: nec ulterius audiatur sed intelligat & sit eidem silentium perpetuum impositum.

¶Sub rubrica Temere appellantes capitulo incipiente.

ADobuiandū malitiis quorundā &c. Obseruet adunguē & qtū ad pœnā puniant p curatores aut aduocati si cōsilio aut suatu ipsorū ad tales appellatōes fuerit puētum.

¶Sub rubrica de executiōe snia quæ fit & fieri mandat capitulo incipiēte.

SI in rebus immobilibus &c. q obseruet ipsum statutū. Cum hac tn declaratōe modificatione & ampliatione. In primis: q si dies fori cadat in die feriato: nihilominus ualeant leuatio: itimatio: subhastationes & expeditio. & inquātū decretū loquit de uiginti diebus intelligimus & declaramus q pclamationes fieri debeat tribus diebus fori utrūq; feriatis uel nō feriatis. expeditiōe uero rerū subhastatarū facta uolumus licere debitori in odiū cuius tales subhastatiōes factæ fuerint posse infra sex menses a die huiusmodi factæ expeditionis inchoādos tales res leuatas & expeditas luere & redimere habita rōne expensarū per creditorē hoc ideo supportatarū necnō fructuū illius āni perceptorū uel pcipiendorū: quos uolumus pfatum emptorē seu eū cui res ipsæ expeditæ fuerint suos facere. q si non luerit infra dictum terminū: eo casu ipso elapso non det eidem ulterius regressus. Volumus et mīssa gesta oīa describi in registris seu libro curiæ loci rerū leuatarū si ibi sit forum. Sinaūt in loco propinquiori ubi erit forū & de ipsis omnibus fieri documentum. De satisfactione uero cōmissarii soluat eidē pro illis diebus utilibus quibus necessario uacauerit tā in eundo q̄ stando & redeundo: ita q si qs cōmissarius huiusmodi leuatōes & executōes inchoauerit alius cōmissarius uel ordinarius illas prosequi & pficere possit. Quæ oīa tantū ualeat q̄tum p unicum inchoata & pfecta fuissent. q si officiarii uel alii ordinarii locorū ad huiusmodi executōes uacauerint satisfiat eis ad rōem de sex grossis sabaudiæ tantū p qualibet die utili ut præfert.

¶Sub rubrica de thesaurario generali capitulo incipiente.

THesaurarium generalē uirū prudentē &c. obseruet ipm statutū cū qnq; sequētibus & singulis ānis q̄diu thesauraria officium exercebit fideliter & integre computet cū reliquorum restōne & latius prout in eisdem capitulis descriptum est.

¶Sub rubrica de cōmissariis & receptoribus extentarū dni capitulo icipiēte.

COmmissarios scribas & receptores &c. q oīa statuta extentas & cōmissarios extētarū concernentia adunguem obseruentur.

¶Sub rubrica de præsidente magistris auditoribus & receptoribus seu scribis computorum domini capitulo incipiente.

IN camera nostra cōputorū &c. cum reliqs sequētibus de ipsis pſidēte magistris ac receptoribus mentionē faciētibus & de sullis & cōsuetudinibus eorū tā in eadē camera q̄ in ipsis statutis descriptis ac de eorū regulis obseruent oīo ipsa statuta & teneant iurare in mānibus cōmissariorū nrorū ad hoc deputatorū seu deputādorū de pmissa oīa plene obseruādo

¶Sub rubrica de puisoribus uictualiū capitulo incipiēte.

ROuisores uictualiū &c. Itē capitulo incipiente ad occurrendū dictorū puisorū excessibus &c. q hæc duo statuta oīo obseruent: & aduertat magister hospicii nostri & generalis thesaurarius pro ipsorum statutorum obseruantia.

¶Circa taxam testamentorū diuisionū & huiusmodi.

ITem statuimus & ordinamus q statuta de taxa instrumētorum loquētia obseruent declarantes tamen q instrumēta testamētorū diuisionum & huiusmodi ad rōem laboris & non ad ualorem bonorum taxentur.

¶Circa taxam cōmissariorū in causis ciuilibus & criminalibus.

ITem statuimus & ordinamus. q cōmissarii pro eorū labore & diligenti exercitio habeant unum florenum sabaudiæ pro singula die utili qua uacauerint in exercitio sue cōmissionis & octo grossos sabaudiæ pro eorū expensis pro singula die si eques sit. Si uero pedes quattuor grossos. Etiā si secum ducant & habeant scribā pro quo nihil soluat sub pœna restōnis dupli. In causis aūt criminalibus obseruet statutū. declarantes tn q si pars intitulata nō petierit neq; habuerit copiā pcessus habeat commissarius unū florenū p qualibet die utili qua uacauerint put supra & p expensis octo grossos p qualibet die uel quattuor grossos si pedester sit ut præfertur soluendos p eos qui composuerint aut condemnati fuerint. & nihil aliud pluris accipient. Si uero capiat copiam processus habeant tres grossos p quolibet folio rōnabili & non ulterius percipiant quicq̄ sub pœna pramissa.

¶In decretis ducis Philippi capitulo duodecimo incipiēte.

ITem quando per commissarios causæ remittent alteri consilio &c. q obseruet ipsum statutum addendo & declarando q in causa appellationis de qua ibi nō currāt fatalia: quæ causa appellationis propterea trahat naturam causæ remissionis: & perinde habeātur & censeantur ambæ causæ omnino eius naturæ cuius est cā remissionis.

¶Q d clerici ducales subditi nō trahāt ducales et subditos ad curias uetitas p re mere pphana & ad curiā ecclesiasticā n ptinēte sub pœna. c. ducatorū.

ITem q pnunciatio facta de præsenti anno per cōsilium nostrū taurini ordinarie residens: ne clerici subditi nostri trahāt subditos etiā nostros ad curias uetitas p re mere pphana ad curiam ecclesiasticam non pertinente. q obseruetur ipsa pnunciatio: Inhibēdo qbuscūq; subditis & pariter pcuratoribus tam actoris q̄ rei ac aliis qbuscūq; ne cōpareāt nec patrocinent nec cōtraueniant singula singulis referēdo sub pœna centū ducatorū auri p quolibet & uice qualibet contrafacienti auferenda & ærario nostro applicanda.

¶Q uod feudū censeat esse rectū ppriū & simplex. Nō obstāte q in inuestituris apponāt illa uerba: p se hrdibusq; suis & successoribus uniuersis: Ita q de tali feudo n possit fieri alienatio neq; dispō nisi eo modo & his casibus qbus ius cōe natura feudi seu cōsuetudines feudorū uel statuta alienationē rectorū feudorum fieri pmittunt dictis uerbis non obstantibus.

QVia in plerisq; innestituris uasallorū nostrorū patriæ cismontanæ cōperimus īuestituras factas de bōis feudalibus quæ a nobis in feudū tenēt tā p ipsis uasallis q̄ p heredibus & successoribus eorū quibuscūq; ex qbus uerbis prætendūt ipsi uasalli ipsa bona posse alienare & de eis disponere extra eorū agnationem & libere ad eorum uolūtatem tam inter uiuos q̄ in eorum ultima uoluntate: uolentes indemnitati nostræ & ipsorū subditorū nostrorū puidere: Hoc ideo statuimus decernimus & declaramus ex nostra certa sciētia & nostra potestatis plenitudine per prædicta uerba non intelligat immutata natura proprii atq; simplicis & recti feudi sup quo factæ sunt seu p futuro fient inuestituræ feudorū: qnīmo uolumus decernimus & declaramus. q nō obstāte q in īuestitura cōtineant dicta uerba p se hrdibus & successoribus qbuscunq; q tn tale feudū cēseat esse rectū ppriū & simplex & habeat na/

turā recti feudi ppriiq; & simplicis. Et q̃ de tali feudo nō possit fieri alienatio neq; dispō nisi eo mō & his casibus qbus ius cōe natura feudi seu consuetudines feudoꝝ uel statuta nostra alienationē rectoꝝ feudorū fieri pmittunt. Et dicta feuda ptineāt oīo his ad quos ipsum feudum secūdum rectam & ppriam naturā feudoꝝ est: siue erit peruenturum: dictis uerbis nō obstātibus: habeantq; eandem naturā: quā ppria recta & simplicia feuda habēt nisi in ipsa inuestitura expresse natura recti feudi aliter q̃ per prædicta uerba īmutetur seu alteretur.

¶Quod pro soluendis seu cōstituendis dotibus & debitis possint successores in feudo etiam inuiti compelli ad alienandum de bonis feudalibus in qbus successerit secūdum tī primonii & qualitatē domus & psonarum.

ITem: quia in statuto p illustrissimā quondam dnam Yolant p Carolū ducem & demum p Blanchā cōfirmatū disponit q̃ p debitis & filiabus maritandis ac restōne dotium possint uasalli nr̄i eoꝝ feuda alienare: aduicimus & addēdo decernimus q̃ statutū ipm suū sortiat effectū nedū quo ad sponte uolētes alienare & disponere ī casibus de qbus ī ipsis statutis: Quinīmo ēt possint inuiti hi ad quos aliqua successio bonoꝝ feudaliū pueniet cogi & cōpelli ad alienādū de bonis feudalibus in qbus successerint p soluēdis seu cōstituēdis & restituēdis dotibus & debitis p qbus poterat cogi ille cuius successio ad ipsos puenit: ita q̃ cēseant tales successores habere ipsa bona feudalia cū onere & obligatōe præmissis & teneant ad id psoluendū ad quod potuisset ille cui succedēt ipsi agnati. Seruata præmissoꝝ statutorum dispōne: secundū tamē quātitatē patrimonii & qualitatē domus & psonarꝝ.

¶Qd scribāiæ de qbus est solitū cōputari ī camera cōputoꝝ remaneāt sub primōio dn̄i.

ITem statuimus & ordinamus. q̃ scribaniæ seu clericaturæ ubicūq; locoꝝ & patriarꝝ nr̄arꝝ tā citra q̃ ultra mōtes de qbus in camera cōputoꝝ nostroꝝ solitū est cōputari de cetero: & ippetuū cū illarꝝ redditibus & emolumētis remāeāt & sint sub primōio nr̄o Ita q̃ nō possint amodo ĩantea p nos seu successores nr̄os distrahi: donari: assignari neq; in aliquē trāsferri. Quinīmo de illis rndeāt in mābus thesaurarii nostri generalis: q̃ ē & p tpe fuerit seu officiarioꝝ ipsoꝝ locoꝝ: q̃ de ipsis ī dicta camera cōputoꝝ legitīe tenebūt cōputar.

IVæ quidē capitula necnō declaratōes īmutationes & superadditiones suprascriptas post longā procerū cōsiliariorūq; nostroꝝ īfrascriptoꝝ ac alioꝝ multoꝝ cōsultationē corā nobis in hoc castro nr̄o taurini hodie ī ipsoꝝ procerū & cōsiliarioꝝ aliorūq; multoꝝ chābellanoꝝ scutiferorū nobiliūq; secretarioꝝ nr̄orum pr̄itia & cæteroꝝ multitudine p secretariū nr̄m infrascriptū. Nos Philibertus dux p̄fatus legi & publicari fecimus: ibiq; palam iuramentū sup futura illoꝝ obseruatōe ab infrascriptis utriusq; cōsilii nobiscū & taurini residentis: & primū a Reuerēdo magnificoq; canzellario nr̄o: a p̄sidente cismontano: a collateralibus: aduocato & ꝓcuratoī fiscalibus generalibus debitū tactis sacrosanctis dei euāgeliis exegimus: aliqbus tn̄ a pr̄itia nr̄a tūc abnītibus īde pariter iuraturis: Iubētes ea oīa a cōsiliis nr̄is tā nobiscū q̃ citra & ultra mōtes Chāberiaci residētibus ab uniuersis quoq; & singulis iudicibus officiariis & iustitiæ mīstris ac aliis subditis nr̄is put ad unūquēq; spectabit īuiolabiliter obseruari: ī auditoriisq; ipōꝝ cōsiliorꝝ ac alioꝝ ius reddētiū ubiq; locoꝝ pr̄iæ nr̄æ citra & ultramōtanæ publicari: & ī uolumīe alioꝝ statutorū sabaudiæ p̄cedētiū īseri uolumus ad ꝑpetuā rei gestæ memoriā: ita q̃ in causis tā motis q̃ mouēdis ēt appellatōe seu supplicatōe suspensis locū hēant lr̄is mādatis statutis edictis & cæteris ī cōtrariū adducēdis & faciētibus n̄ obstātibus: qbus omnibus ex dicta nr̄a certa sciētia motuq; ppriо de ptātis plenitudine quo ad hæc exp̄sse derogamus & derogatū eē uolumus p p̄ntes. Datas Taurini die prima mēsis Decēbris. M. ccccc. iii.

¶Per dominum præsentibus dominis.

Illustri Karolo de sabaudia.
R. A. ex marchionibus romagnani Episcopo montisregalis Canzellario sabaudiæ.
Ludouico barone miolani comite montismaioris.
G. de palma domino ruppis.
Antonio domino diuone præsidente.
G. bertonis præsidente audientiarꝝ.
Laurentio de goriuodo scutifero scutiferiæ.
Areghuino ex cōmitibus ualpergiæ.
Petro de agaciis.
Augustino de azelio.
Ioāne ludouico ex cōmitibus plozaschi.
Ioānefrancisco scarauelli.
Defendente de pectenatis aduocato fiscali.
Philippo cheurerii &
Illustri frācisco de lucēburgo uicecomite martucii.
Georgio barone menthonis.
Bernardino parpalea præsidente cismontano.
Angelino de prouanis præsidēte patrimoniali.
G. domino balaysonis.
A. de challes magistro hospicii.
Ludouico de uignate.
Francisco prouana.
Bernardino ex dominis alladii.
Antonio rugia.
Stephano de capris magistro hospicii.
Ioāne noyelli thesaurario gn̄ali De Ruscaciis

IOnsilium illustrissimi p̄ncipis dn̄i nostri sabaudiæ &c. ducis cū eo ordinarie residēs. Vniuersis sit manifestum. q̃ præsentatis nobis in auditorio causarꝝ p tribunali sedēti bus statutis & reformationibus suprascriptis & eis cū debita ut tenemur reuerētia receptis illa de uerbo ad uerbum corā omnibus tam secretariis & ꝓcuratoribus q̃ populi multitudīne ibidē congregata alta uoce legi & publicari fecimus. Et de huiusmodi publicatiōe lr̄as testimoniales cōcessimus & cōcedimus p p̄ræsentes. Taurini loco quo supra die quinta mensis decembris. Millesimo quingentesimo tertio.

¶Per Consilium præsentibus dominis.

Petro agacia.
Ludouico de uignate.
Francisco prouana.
Collateralibus.

De Ruscaciis.

STATVTORVM SABAVDIAE FINIS.

¶Impressa fuerunt suprascripta Sabaudiæ statuta Taurini p magistrū Franciscum de Silua. Regnante Illustrissimo & magnanimo principe Karolo Sabaudiæ Duce nono. Anno salutis xp̄ianæ. M. ccccc. V. die. xxviii. mensis Aprilis.

a b c d e f g h i k l m n o p q Oēs sunt terni preter a & q q̃ sunt quaterni.



HAYNOSAHLOTEKA MOHYLY IMEHI I. I. MECHNIKOBA